vtūm ſimpl'r deponēdo vltimā lrām ntī ⁊ qđ remanet hn̄t ꝓ vtō. vt Col

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

chis colchi. pallas palla. ¶ Sciēdum ꝙ iſta nomia q̄ formāt ſic vtm̄ de ponēdo vltimam lrām plerumq; greca ſunt in as hn̄tia adis in gtō. vel q̄ a grecis habem⁹ ꝛ multa i is hn̄tia idis. vt thebais phtoloniais: ꝛ iſta plerumq; ſunt ppa hoim vel locoꝝ. ꝛ ſic in vtō poſſum⁹ dicē aleidis vel alei di. amarillis l' amarilli. ꝛ debet regl'a intelligi ꝙ vltra terminationē is in vtō etiam hn̄t terminationē quam ſeruāt depoſita s. ¶ Secūdo oīa patronymica i as vel in is deponūt vltimam lrām ꝛ faciūt ſic ſuū vtūm. vt herodias dia. pamis mi. Tūc ibi. Es greci lōge. Hic ponit quādam doctrinam dicēs. nomia greca in es pductam idn̄ter hn̄t es vel e. achilles es vel e Herodes des l' de. Cauſa ptz ex ſnia dicta. quia nomia greca deponūt vltimam lrām in formatione vocatiui. ꝛ ergo habēt duplicem vtūm ſcz es. et quādo deponūt s. e

Sextus in i vel in e qn̄q; tamen dat vtrūq;

¶ Hic incipit docē de abltō nois tercie decli. dās regulam dicēs. ꝙ ablatiu⁹ nomis t'cie declinatiōis vel terminat' in i ſolā vel in e ſolam vel in i et e ſimul. ꝛ iſtud pſequit' in ſpeciali ꝛ pmo in i. Pro q̄ ſciēdum ꝙ ſm Alexandꝛ ſunt quintuplicia nomia hn̄tia i in abltō ſolum pmo noia ſubſtantiua in e termiata: qd̄ tangit' ibi. I dat nomē in e. Secūdo noia terminata in er in maſculino hn̄tia is in foei gn̄e et e in neutro. vt ſunt noia ibi poſita Campeſter. volucer. Tercio nomia q̄ ſub is ſunt gn̄is ɔis ꝛ ſub e gn̄is neutri. ꝛ de iſtis duob⁹ modis d't. Cum preit r aut is. Quarto ſunt polyſyllaba in al vel in ar termiata penultimā gti pducētia. vt Codear. aial. ꝛ hoc tāgit' ibi (Nō fit in al vel in ar) Quito ſunt nomia mēſium in is vel in er terniata. Exemplū de is Aprilis Quītilis Sextilis. De er. September October Nouēber. Sexto addunt' nomia hn̄tia im in accō. vt Vim vi Peluim pelui. Nō tangit' ibi. Nō dedit im quarto. Septimo extra Alexandꝛ. nomia ſubſtātiua nō ppa termiata in lōgam alis. vt natalis. noualis. annalis. cannal'. Vn̄ Martialis de ſabello. Natale pallere ſuo ne calda ſabello. Deſit. ꝛ vt liquidū putet alauda merū. Octauo etiam extra Alexandꝛ. nomia ſubſtātiua termiata in lōgam aris. vt pugillaris. vt ibi. Et accepto pugillari ſcripſit Annularis. auricularꝭ. ꝛ adhuc multa alia q̄ in regulis ſpecialib⁹ addent'. Subſtantiua ppa in alis hn̄t e. teſte Priſciano. Vn̄ et Martial'. In maledicū. Cū Iuuenale meę q̄ me cōmittere tētas. Quid nō audebis pfida lingua loqui

I dat nomen in e quędam retrahi decet inde

Gausape pſepe prenestе cepe ſoracte

¶ Hic autoꝛ pſequit' in ſpeciali de formatiōe ablti dicēs. ꝙ nomē ſubſtātiuū terminatū in e mutat e in i in abltō. vt mare. cubile. cōclaue. Iн̄ exci



piunt aliqua. vt ptꝫ ĩ textu ❡ Hic nota ꝙ ſub exceptōe .ſ. ſub li ſoracte et preneſte debēt ꝯphendi oīa greca in e q̄ etiam hn̄t e in abltō. vt libye. helene. magdalene qđ hic ſupuacuū eſt dicē qm̄ prime eſſe declinatiōis volūt. Item q̄dā alia noīa in e inueniūtur q̄ etiam hn̄t e in abltō q̄uis ſub i ſunt magis vſitata. vt rete. ſicut ibi. Capiūtur rete leones. ❡ Sciēdum pro vocabul̄. ꝙ Sauſape eſt menſale. Item p̄ſepe vel p̄ſepium eyn crit be. Et inuenit preſepi in abltō. Item p̄neſte eſt vrbs q̄dā aphrice Cepe ē alleum ꝛ inuenit in tercia declinatiōe ex toto ideclinabile. Etiam inuenit declinabilit̄ ſed in plurali numero tm̄. vt Cepe cepaꝝ. Et idem inuenit in feminino vt Cepa pe. Item Soracte eſt nomē ciuitatis ſub quo cōphendunt. Letracte ſubtracte etiam noīa vrbium

Cum pręit r aut is p e ſi neutrale ſequatur
Abltūs in i debet tantūmodo poni
Qđ ſit in al vel in ar ſic formas dum gtō
A longā teneas dat e ſar par i vel e ponam
Cum lare ſal demas

❡ Hic autor ponit duas regl̄as. quaꝝ vna eſt. ꝙ noīa terminata in er in maſculino ꝛ in foēo in is. ꝛ in neutro gn̄e in e hn̄t i tm̄ in abltō. vt Campeſter. volucer. mediocer. Altera ē. ꝙ noīa ꝯis gn̄is in is termiata habētia neutꝝ gen⁹ p e. hn̄t etiam i tm̄ in abltō. vt Fortis. debil̄. humil̄. In excipit hic ꝛ hec ditis ꝛ hoc dite. qđ hꝫ eteni. Tūc ibi (Qđ ſit in al vel in ar) Hic etiā ponit duas regl̄as. Vna eſt. ꝙ noīa polyſyll̄a in al hn̄tia a productā in penultia gti hn̄t i tm̄ in abltō. Vt Aial. ſeruical. tribunal. Altera eſt. noīa polyſyll̄a in ar hn̄tia a lōgam ī penultia gti hn̄t i in abltō. vt Coclear. torcular. caldar. ❡ Sciēdum ꝙ dꝛ notāter. A lōgam teneas. qꝛ ſi habuerit a breuem in gtō tūc non habebūt i ſed e in abltō. Exemplum de al. Hanibal. haſtrubal. Exemplū de ar Ceſar. boſtar. Et ppt̄ dicta q̄daꝫ nō hn̄t iſtum ꝟſum. Cum lare ſal demas. qꝛ ſal hꝫ alis correptā. ❡ Sciēdum ſecūdo ꝙ ad excuſandū Alexandꝝ hic poſſet q̄s cōphēdere nemia ſubſtātiua in lōgam aris l̄ alis in ntō. vt pugillaris. officialis. ❡ Tūc ibi Quattuor imber hꝫ. Hic dat quintā regulam de noīb⁹ hn̄tib⁹ i tm̄ in ablatiuo dicēs. ꝙ hoc nomē imber hꝫ quattuor ꝯpoſita q̄ hn̄t i tm̄ in abltō vt September October Noueber December. cum trib⁹ noīb⁹ menſium q̄ etiā hn̄t i tm̄. vt Aprilis Quintil̄ Sextil̄. ꝛ ſub ſextilis ꝯphendit ꝯpoſitū ſcꝫ biſextil̄. ꝛ q̄dā ſub iſtis etiā ꝯphēdūt hoc nomē edilis qđ hꝫ i tm̄ in abltō. Tūc ibi (ſolā dat e ſoſpes ꝛ hoſpes) Hic ſm̄ grāmaticos ꝯphendit vna regl̄a general̄. ſcꝫ ꝙ oīa noīa ꝯis gn̄is tercię declinatiōis hn̄t i et e ſil̄

in abltō.p̄ter ſoſpes ꝛ hoſpes.ꝛ exceptis degener ꝛ vber q̄ hn̄t ſolā e. Exē-
plum regl'e. Ut Sacerdos.cuſtos.vigil.diues.hebes.ꝛ noīa q̄ ponūtur
ibi. Diues.hebes.ſoſpes. Poteſt tn̄ iſta ꝑticula legi ꝑ modū exceptionis.
vt ſit exceptio p̄cedēs regulā. Quidā ꝓ certo.qꝛ iſta noīa p̄nt eſſe generꝭ
oīs ſm̄ iſtud Iſtoꝝ multa.ꝛ ſic excipiūtur a regl'a. Et dr̄ Priſcia⁹.ꝙ iſta
noīa ſoſpes ꝛ hoſpes ſunt ꝓuilegiata.qꝛ int̄ cetera noīa ſola formāt foēim
gen⁹ ꝑ a ꝙ alia noīa nō faciūt.ſꝫ etiā hn̄t e ſolā in abltō. Qd̄ ſunt gn̄ oīs
ptꝫ.qꝛ dr̄ hoſpes vir hoſpes mulier hoſpes. Domiciliū ſil'r dr̄ ſoſpes aīal.

Qd̄ fit in as longā gentile per i vel e ponam

¶ Hic pſequit̄ de noīb⁹ hn̄tib⁹ i et e ſil' in abltō dicēs.ꝙ noīa gētilia ī as
lōgā t̄miata hn̄t i et e ſil' i abltō vt Alpinas.optias.nrās ꝛc̄. ¶ Sciēdū
ꝙ noīa hn̄tia i et e ſimul in abltō Primo ſunt gētilia in as hn̄tia atis in gtō
vt nrās.vrās.alpinas.optias. Scd̄o in is noīa hn̄tia duplicē ꝯſonantē
an̄ is.vt ignis.piſcis.amnis.mediānis. Tercio noīa adiectiua ſub vna vl'
ſub plurib⁹ terminatiōib⁹ gn̄ oīs.de q̇b⁹ tn̄ prius nō eſt dcm̄ ibi(Cū p̄it r
aut is)qd̄ tāgit̄ ibi.q̇dā ꝓ certo reputāt. Quarto ſūt oīa noīa hn̄tia em l'
im i accō.vt Turris.nauis.puppis.ꝛc̄.ꝛ ſic q̇dā hn̄t ꝯſum. Quart⁹ i em
vel i im ſolet' i l'e tradē ſexto. Quīto ſunt.noīa t̄miata i trix q̄ ſub neutro
gn̄e ſunt cōia.vt Uictrix.triūphatrix.vltrix.ſꝫ pl'a ſubſtātiua ſolū hn̄t e.
vt piſtrix.lotrix. Sexto ſūt.oīa noīa t̄cie decli.hn̄tia duplicē gtm̄ farem
vnū ſub creſcētia ꝛ alteꝝ ſine creſcētia inqꝫtum creſcunt hn̄t e Inquantū
ꝯo nō creſcūt hn̄t i.vt tigris.tybris.de q̇b⁹ dcm̄ ē ibi. Is correpta. Hic
ibidis ibis. Septio ſm̄ Priſcia.oīa polyſyll'a ī uis t̄miata. vt nauis.cla
uis.auis.q̄ etiā hn̄t i et e. Et rō eſt.qꝛ hn̄t em ꝛ im.qꝫuis ſub vno magis
vſurpent̄ qꝫ ſub altero. ¶ Sciendū ſcd̄o.ꝙ iſta gētilia in as ſicut dr̄ Pri
ſcian⁹. frequēti⁹ apud vetēs habebāt i in abltō.qꝛ vt idē dr̄ iſta noīa q̄n
dā termiabant̄ in cōi gn̄e in is.ꝛ ī neutro ī e.ergo hn̄t i i abltō.vt ibi patu
it. Cum p̄it er aut is. Etiā inueniūtur hēe e in abltō.ſꝫ raro. Et iſta noīa
ſunt cōciſa id ē ſyncopata.qꝛ quondā in is termiabant̄.et dicebat̄ Alpi-
natis.vbi nūc dr̄ Alpinas ꝑ ſyncopam.

Conſona ſi p̄eit is dupla ſext⁹ in i vel in e fit
Teſtis cum peſte per e fit iuncta ſibi veſte
Quattuor imber hꝫ quib⁹ i tantūmodo p̄bet
Idant tres menſes.ſolā dat e ſoſpes et hoſpes

¶ Hic autor ponit regulā aliā de noīb⁹ hn̄tib⁹ i et e ſil' in abltō dicēs.ꝙ
noīa hn̄tia duplicē ꝯſonātem an̄ is hn̄t i et e ſil' in abltō. vt piſcis.ignis.
amnis.mediānis In̄ excipiūt̄ teſtis.peſtis.veſtis.q̄ hn̄t e ſolā. ¶ Sciēd

ꝙ regl'a iſta intelligēda eſt de nomib⁹ non habentib⁹ creſcētiam. qꝛ q̄ creſ-
cūt hn̄t e tm̄. vt Sāguis, ſanguine. puluis puluē. Etiam itelligit ꝙ ha-
beāt duplicem cōſonantē ante is in eadem ſyllaba. propter iſta. follis. col
lis. callis. q̄ hn̄t e tm̄. De ꝯpoſitis ab iber ⁊ noib⁹ menſiū ſatis dcm̄ eſt

Quidam ꝓ certo reputāt e vel i dare ſexto
Cuncta trium generꝝ. ſꝫ degener vber e tm̄
Ipſa tamē reperim⁹ in i. ſed nō niſi raro

¶ Hic ponit aliam regulam de nomib⁹ adiectiuis dicēs. ꝙ omnia noīa
adiectiua de quib⁹ nō eſt ꝑus mentio facta hn̄t i et e ſimul in abltō. Et dꝛ
notāter de quib⁹ non eſt mētio facta ꝑpt adiectiua q̄ tangūtur ibi. Cum
pꝛcit er aut is illa em̄ ſolum i habēt. ¶ Sciēdum ꝑmo ꝙ text⁹ notanter
dicit. Cūcta trium generꝝ. qꝛ aliqua ſunt gn̄is omnis ſub vna terminatio
ne. vt Vet⁹. foelix. audax. pax. vigil. teres. locuples. ⁊ omnia ꝑticipia in
ans vel in ens. vt amās legēs. Quędam ſunt gn̄is omnis ſub duab⁹ ter
minationib⁹. vt compatiui⁹ in oꝛ ⁊ in us faciūt omne gen⁹ q̄ etiam hn̄t i
et e ſimul. vt maioꝛ. mai⁹, minoꝛ min⁹. Unde dꝛ in abltō maioꝛe vel ma
ioꝛi. minoꝛe vel ri. Et ſic ſolet dici dupl'r cōmune ſcꝫ cōmune trium ⁊ cō-
muue duoꝝ. Cōphendūtur hic nomia cōis gn̄is ⁊ omnis. Sil'r iſta ar
tifex. complex. ſupplex. Excipit Catholicon hoc nomē ſenioꝛ. qď hꝫ e tm̄
in abltō ſingulari. ¶ Sciēdum ſecundo ꝙ ſm Priſcianū. Compoſitum
quādoqꝫ ꝑ hāc regulam hꝫ e et i ſimul q̄uis ſuū ſimplex habeat e ſolam et
ſic fallit iſta regl'a in huiōi nomib⁹ ops. caput. coꝛ. mens. dens. q̄ hn̄t e ſo
lam. ſꝫ ſua compoſita habēt e et i ſimul. vt Inops. biceps. vecoꝛs. tridēs.
tricuſpis q̄ omnia hn̄t e et i ſimul. Et dt Priſcian⁹. q̄uis arti nō repug-
ret ꝙ hoc nomen memoꝛ hr̄et i et e ſimul. tn̄ vſus hꝫ ſub i tm̄. vt memoꝛi
mēte. immemoꝛi mēte. Et aſſignat cām qꝛ olim dicebat hic ⁊ hęc memo
ris ⁊ hoc memoꝛe. ⁊ ergo habēt i ꝑ illam regl'aꝫ (Cum pꝛeit er aut is) Et
ab iſta regl'a. Quidam ꝓ certo. excipiūtur nomia q̄ text⁹ non hꝫ. vt ſenex
exlex. ⁊ bos q̄ hn̄t e ſolam ſm vſum. ¶ Item nota quādocūqꝫ nomē hn̄s
i et e ſimul in abltō iungit abltō alteri⁹ dcōnis. Tunc apud autoꝛes ſolet
poni in illa terminatiōe in qua ſubſtantiuū non ponit. Exemplum Pru
dens hꝫ e vel i. ⁊ ergo dꝛ prudēti ꝟgine prudēti hoīe. nō autem prudēte
ꝟgine. hoīe. Et ſi regula. Quidam ꝓ certo: dat etiam intelligi de nomib⁹
cōis gn̄. tūc excipiūtur iſta. Latro. ꝟgo. homo q̄ habēt ſolam e.

Ponūt alterutrum ſi fiat mobile fixum

¶ Hic ponit vnum notatu dignū dicēs. ꝙ ſubſtātiua adiectiuis in voce
ſil'ia hn̄t ſolam vnā terminationē ablti q̄uis adiectm̄ huic ſubſtātiuo ſil'e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

duplicem habeat terminationē. Exemplū hoc nomē ſubſtātiuū ꝓprium
clemēs hȝ ſolum e clemēte in abltō. q̄uis adiectm̄ hȝ e et i. Silr̄ felix ꝓ
prium hȝ ſolum e. ſed adiectiuū hȝ e et i ſil'. Et ꝑ hoc ceſſat cauillatio q̄n
dicit̄ ꝙ adiectiuū non p̄t fieri ſbm̄. qꝛ adiectiuū hȝ e et i ſimul. habēt bene
vnam vocem ſed nō habēt vnam ſcationem. ¶ Sciēdum p̄mo ꝙ ad co
gnoſcēdum vtrum ſubſtantiuū ſimile adiectiuo in voce habebit e vel i in
abltō. Cum autoꝛ dicat alterutꝝ in textu qd̓ eſt vnum de vtroqȝ. Dubi
taret aliq̇s quam terminationē habebit tale ſbm̄) dant̄ certę regulę. Pri
ma: omnia nomīa ſubſtātiua adiectiuis ſimilia in voce q̄ adiectiua habēt
i ſolam in abltō. talia ſubſtātiua etiam habēt i tm̄ ſic ꝛ inquātum ſubſtāti
ua. Secūda regula eſt. ſubſtātiua adiectiuis ſil'ia q̄ adiectiua habēt i et e
ſimul in abltō. ſemꝑ habebūt e ſolam. vt Ales ꝓ nutriēte adiectm̄ eſt ha
bens i et e ſimul. ſed inquātum ſbm̄ habet e tm̄. Item Serpens adiectm̄
habet e et i. ſed ſbm̄ habet e. ſilr̄ reſpondēs. aſ̄s. ꝯſequēs. ꝓfluēs. cōtinēs
cōſonās ſubſtātiua habente tm̄. ꝛ ſic de alijs. ¶ Item notādum ꝙ Pri-
ſcianꝰ dicit. q̄uis hoc nomen rudis adiectm̄ habeat i tm̄. In rudis ſbm̄
qd̓ ſcat vgam vel ſceptꝝ habet rude. De quo Horatiꝰ. Primo dicta mi-
hi ſummo dicēda camoena. Spectatū ſatꝫ ꝛ Donatū iā rude q̄ris ꝛc̄. Itē
Scholaris ſbm̄ hȝ e ſȝ adiectm̄ i. Igit̄ autores fide digni imitādi ſunt

Inuenies alia ꝑ e ſępius eſſe locata
Qd̓ dedit im quarto caſu ſolet i dare ſexto

¶ Hic ponit quādam regulam gn̄alem dicēs. ꝙ alia nomīa de q̇bꝰ prius
nihil dcm̄ eſt ſępe habēt e in abltō. vt Pater. mater. frat̄. flos. mos. dos.
Et d̓ꝛ notāter ſępe: qꝛ q̄dam ſunt de q̇bꝰ nō eſt dcm̄ habētia i. autores tn̄
ea ponētes nō ſemꝑ imitādi ſunt. vt Apes api. hꝛe inuenit̄ bipēnis bipē
ni. ſtrigil' ſtrigili. Vn̄ Petrꝰ helię. Et ſtrigil' quarto dans im vult i dare
ſexto. Vtputa furtiuā mutat ſtrigili puer vuam. Strigil' inſtrumētum
eſt furādi vuam vel alios fructꝰ. Habet autem apes frequētiꝰ ape ꝛ ſtri-
gil' ſtrigili. ¶ Sciēdum ꝙ tria inueniūtur nomīa ſubſtātiua q̄ hn̄t vſu i
pꝛo e. vt ruri ꝓ rure: veſperi ꝓ veſpe. ꝛ luci ꝓ luce. Dicunt tn̄ quidā ꝙ da
tiuꝰ in iſtis ponit̄ loco ablti. Sȝ quicq̇d ſit ſatis ē nouiſſe qd̓ ſic inueniū-
tur. Vn̄ apud Therētium. Nunq̄ȝ tam mane egredioꝛ neqȝ tam veſpe-
ri domum reuertoꝛ. Ibi veſperi caret rectoꝛe. Tunc ſubdit. Qd̓ dedit im
quarto. Et dicit Nomīa habentia im in accuſatiuo habent i in ablatiuo.
vim vin. Sitim ſiti ꝛc̄. id genus

Primus pluralis dabit es et ei ſociemus
Quartum cū quinto ſȝ a debes. ponē neutro.

¶ Poſtq̄ determinauit de declinatiõe noim̄ tercie declinatiõis q̄ ad ſingu
larē numeꝝ. hic ↄ̄ñter facit hoc idem de pl'i dicēs. q̄ ntūs ⁊ accūs ⁊ vtūs
pl'is numeri nō neutri gn̄is terminaṫ in es ꝓductā. vt ſacerdotes. v̄gines
ſcholares. gurguliones. matrices. ¶ Sciēdum p̄mo ſm̄ Priſcianū q̄ q̄
dam ſunt nomia t̄cie decli. q̄ non ſolum hn̄t es in accō pl'i. ſed etiā as hoc
ſpecificādo ponit Priſcian⁹ regl'as. vna eſt. Oia noia tercie decli. dupli-
cātia accm̄ ſingularē duplicāt etiam accm̄ pl'em. vt heros hȝ heroes l' he
roas (vt canit eccl'ia) Quid nos iſtos recenſem⁹ heroas. Similit̄ Crater
Altera regl'a eſt Nomia p̄tonymica vel eoꝝ declinationē hn̄tia in as ter
miata etiam duplicāt accm̄ pl'em vt herodiades l' das, olympiades l' das
Et noia p̄tonymicis ſil'ia ſunt nomia hn̄tia adis l' ados in gtō ſ̄ri. vt ar-
chas adis l' ados hȝ archades vel adas. Et ſunt multa noia gentilia i as
de quib⁹ dictū eſt ibi. Iūgeſq̄ȝ pallas. Tercia regl'a eliciṫ ex p̄ma ⁊ ē talis.
Oia noia in itis terminata, i. noia a loco vel gēte terinata hn̄t duplicē ac-
cuſatiuū pluralē ſcȝ es vel as. vt moabitis des l' das. ¶ Tūc ibi Sȝ a' de
des po. ⁊c̄. Noia neutri gn̄is tercie decli. hn̄t a. nō es ī dictis caſib⁹. Pro
intellectu tn̄ ſciēdum q̄ a ē vltima l̄ra in iſtis trib⁹ caſib⁹. quaſi dicēt No
mina neutri gn̄is habent a ꝑ vltima l̄ra. ⁊ ſpecificat hāc regulam poſtea.
¶ Pro vocabul'. Gurgilio ꝑs gutturis ꝑ quā pulmo attrahit ⁊ reddit
ſpūm. Matrix d̄r que ad ꝓgenerādūm apta eſt ⁊ plerumq̄ȝ in gallinis.
Pulices vermiculi herbis infeſti ⁊ p̄cipue braſſicis. Turiones dicuntur
teneritates ſummitatū arboꝝ vel arbuſtoꝝ

Si ſextu dabitur i ſola. vel i ſimul eq̄ȝ
Fit neutꝝ per ia. quod cōparat inde retracta
Iudicra vel vetera dices ampluſtraq̄ȝ iunges

¶ Hic autoꝛ ſpecificat regulam. Sed a debes ponē neutro (dicēs q̄ no-
mina habētia i ſolam vel i et e ſimul in abltō ſingulari hn̄t ia in ntō accō
et vtō pl'i in neutro gn̄e. vt fortia. illuſtria. foelicia. ¶ Sciēdum p̄mo q̄
a regula excipiūtur compoſita a nomie coloꝛ q̄ non hn̄t ia ſed a. vt multi-
coloꝛ. verſicoloꝛ. bicoloꝛ: tricoloꝛ. Secūdo compoſita a corp⁹. vt Bicoꝛ-
por. tricoꝛpoꝛ. Tercio a nomie dec⁹. vt dedecoꝛ. vt oꝑa dedecora q̄ omnia
habēt a nō ia. q̄uis habeāt e et i. ¶ Secūdo ſciēdum q̄ iſta noia degener
vber. paup. hoſpes. ⁊ ſil'ia quādoq̄ȝ inueniūtur in neutro gn̄e. vt hȝ Ale-
xāder. ibi. Plurib⁹ ex iſtis. ⁊ nō hn̄t e ſed etiam i in abltō. non tn̄ faciunt
ia. ſed a. qd̄ hn̄t i patȝ. Ipſa tn̄ reperim⁹ in i ⁊c̄. Raro tn̄ iſta noia p̄dicta
habēt pluralem numeꝝ in neutro gn̄e. Vn̄ Virgili⁹. Inhoſpita ſaxa. ſed
iſta nomia. diues. hebes. teres. magis vſualit̄ formāt ia vt Teretia ligna
hebetia ingenia. Vn̄ Plini⁹. Aialia hebetia quib⁹ ſanguis craſſus. Tūc

ibi(Qđ compat ⁊c̃.)dicit ꝙ excipiũtur a regula nomīa in textu poſita.⁊
nomīa compatiui grad⁹ qꝛ hn̄t a nõ ia. vt fortiora.meliora.duriora .lu-
dicra.vetera.ampluſtra.¶ Sciēdum tercio ꝙ ſm̄ Priſcianum inuenit
vn⁹ compatiu⁹ habere a et ia in pl'i in dictis caſib⁹ in neutro gn̄e. vt plus
plura vel pluria.⁊ ſub a cõmuni⁹ ⁊ addit Priſcian⁹ ꝙ iſta duo noīa vet⁹
et ampluſtre etiam hn̄t a vel ia.vt veteria.ampluſtra l'ampluſtria.ſꝫ ſub
a vſitati⁹. Et ex hoc ptꝫ ꝙ Jo.de garlādia rephendit Alexādꝛ in his me
tris. Nup in eccīa tibi dixi pariſieſi. Non ampluſtra legas ſꝫ dic amplu
ſtria lector.qꝛ đt Priſcian⁹ ꝙ habet a vel ia. ¶ Pro vocabul'. Illuſtris
et hoc le qđ illuſtrari pt.vt dom⁹. Illuſtris eſt etiam facto nobilis. Item
dicit indrn̄ter hic Ludicer. hec ludicris,hoc ludicre. vel h ⁊ hec ludicris
et hoc ludicre.vel hic ludicer.hec ludicra.hoc ludicꝝ.⁊ eſt idem qđ ioco-
ſus ſiue hiſtrionic⁹. Vn̄ neqꝫ em̄ leuia aut ludicra petũtur p̄mia. Virgi⁹
Per qđ vult ludicra tercie declinatiõis quũ ↄtra notum ſit ſecūde. Etiā
vt in lege illa freqūēter repetita qui artem ludicram exercuerit in duodecī
ordinib⁹ primus ne ſedeat.¶ Ars ludicra eſt hiſtrienica ⁊ ſcenica.⁊ q̇c-
quid nomīe ludicri intelligit Nam ludicꝝ qđ eſt ſubſtantiuū non modo
lud⁹ hyſtrionic⁹ eſt ⁊ ſcenic⁹.ſed quodcūqꝫ luſorium op⁹ ac ioculare etiā
ludi publici. Ampluſtre.dat roer van den ſchepe.vt aiūt.ſed ꝑcat teuto-
nice.dat vaenken. Vetus a veto qꝛ veteꝝ eſt vetare

Cum dedit e ſolam ſextus ſolam dat a rectus
Predictis ſepe tribus is veteres poſuere

¶ Sn̄ia eſt.noīa neutra hn̄tia ſolam e in abltō ſingl'ari hn̄t a tm̄ in ntio
accō ⁊ vtō pl'i.vt mella.corda.ora.¶ Sciēdum p̄mo ꝙ aliqua ſunt no
mina hn̄tia e ſolā in abltō que tn̄ non hn̄t a ſꝫ ia.vt ſunt dis ditia.ſamnis
ſamnitia.p̄ſepe p̄ſepia.mille,millia.natale natalia.ſꝫ gauſape hꝫ gauſapa.
iuxta illūd Perſij. Jā chlamydes regū iam linthea gauſapa captes. Inue
nit etiā gauſapia.ſed hoc veit a gauſapio ſcđe.qꝛ ſm̄ Hugui.dicim⁹.hoc
gauſape gauſapis.vl' hoc gauſapiū gauſapij Silr inuenit preſepium qđ
etiam habet p̄ſepia in pl'i numero.vt ibi. Vagit infans int arcta poſitus
preſepia. Deinde đt Priſcian⁹ ꝙ hoc nomē allec hn̄s allece tm̄ in abltō.i
uenit habere alleca ⁊ allecia. Sed alleca ſeruabit. Item Cepe habet cepa.
Dicit item indifferēter habeo multa cepe.habeo multa cepa.habeo mul-
tas cepas.¶ Tūc ibi. Predictis ſepe. Hic ponit quādam doctrinam di
cēs ꝙ antiqui grāmatici ſepe poſuerūt in p̄dictis caſib⁹ is ꝑ es vt tris ꝑ
tres.¶ Hic nota ꝙ Alexāder đt notāter ſepe.qꝛ nõ eſt veꝝ in oib⁹ ſꝫ po
tiſſime i quadruplicib⁹. Primo oīa noīa in is termīata nõ hn̄tia creſcen-
tiā in gtō ſri hn̄t is vel es in plurali numero.vt oīs vel oēs. Vn̄ Salu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

ſtius. Omnis homīes qui ſeſe natura ſtudent pſtare ceteris animantibꝰ ſumma ope niti decet ne vitam ſilētio tranſeāt. veluti pecora q̄ natura ꝓna finxit atq; ventri obediētia. Item faſſis vel faſſes. Secūdo nomīa in es tm̄ pluralia. vt manes vel is. gades vel is. tres vel tris. Vt apud Virgilium. Tris ſpacium coeli pateat nō ampliꝰ vlnas. Tercio oīa nomina termīata in er maſculino gn̄e. in is foemīo. ⁊ in e neutro. Vt Campeſter. volucer. Et compoſita ab imber cum ſimplici. Quarto oīa nomina monoſyllaba in ns ⁊ rs. vt fontis vel fontes. pars ꝑtis ꝓ partes. ars artis ꝓ artes. Item lis litis ꝓ lites. Autores tamē ſemꝑ imitandi ſunt. quia alia ab iſtis p̄dictis raro habent is pro es. Item nota qđ iſta nomina que habent is ꝓ es producūt illam terminationem is

Um vel ium pone gtō vel dat vtrumq;

¶ Hic cōſequēter docet de gtīs pluralibꝰ noīm tercie declinatiōis dicēs ꝙ gtūs nomīs tercie decli. plr̄is numeri terminat᷑ vel in um vel in ium diuiſim vel in um vel in ium ſimul. Et poſtea hāc regulam gn̄alem ſpecificat oſtēdens que habeāt vm ſolum. q̄ ium. q̄ um ⁊ ium ſimul. ¶ Nota q̄dam gn̄alia tradita a Priſciano circa textum Et ꝑmo ꝙ omnia nomina tercie declinatōis feſta gētilium ſcātia habēt duplicem gtm̄ pluralē ium ſcȝ ſecūdum terciam declinationē. ⁊ orum ſecūdum declinationem ſecundam. Exemplum. vt Saturnalia. floralia. bachanalia. quibꝰ ſupaddūtur quattuor appellatiua. Vt moenia oꝝ vel ium. ſupellex ſupellectilium vel oꝝ iugera iugeꝝ iugeroꝝ Vas vaſium vel vaſoꝝ. ſed vaſoꝝ vſitatius.

¶ Sciēdum ſecūdo qđ docēte Priſciano. Quedam ſunt nomīa tercie declinatiōis q̄ ſyncopant ſuos gtōs plurales. vt macedo habet macedum pro macedonum. vt in ꝑncipio Alexādreidos: Geſta ducis macedum totum digeſta ꝑ orbem. ita Lacedemum ꝓ lacedemonum. Etiam iſta tria nomīa apes. penates. ꝓceres hn̄t ium. ſed ꝑ ſyncopam habēt um. ſed ſub um magis vſurpant᷑. Et hoc nomē miliare ſyncopat omnes caſus in plurali numero vt milia ꝓ miliaria. milium ꝓ miliarium. milibꝰ ꝓ miliaribꝰ vt oppidum hoc diſtat ab illa vrbe ſex milibꝰ id eſt miliaribꝰ. ⁊ ſic patȝ ꝙ hoc nomē miliare ſyncopatum in plr̄i numero. coincidit cum plr̄i huiꝰ nomīs mille. Int᷑ que tamē talis poteſt haberi dr̄a. q꞉ inquātum eſt nomē numerale plerumq; regit gtūm a ꝑte poſteriori. Vt tria milia viroꝝ. ſed inquātum iſti caſus veniūt a nomīe miliare. tūc pn̄t ſtare ſine caſu a parte poſteriori. vt hic ſunt tria milia. Inuenit᷑ etiam triplex milia. ꝑmo milia ꝓ miliaria. ſecūdo milia a mille. tercia milia a nomīe milium quoddaȝ legumē. Et dr̄ milium a mille. q꞉ ab vna radice mille producūtur grana

¶ Sciēdum etiam ſcđm Priſcianum. mēſis habet mēſum ꝓ menſium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

mare marium vel marum. Sedes ſedium vel ſedum. celeſtis cęleſtiū vel cęleſtum. Vn̄ Virgiliꝰ. Cęleſtum vis magna iubet. Mus murium vel murum. Vnde p̄mo Regum ſeptimo. Murium. diſſyllabum ꝓ murium in ęſopo. Pręda viri pręda murum muſtela p̄catur. In omnibꝰ tamē dictis nomibꝰ vſus cum alexādꝛo eſt imitandꝰ. ¶ Item nota regulam gn̄alem de monoſyllabis nomibꝰ. Omnia nomia monoſyllaba tercię declina. hn̄t ium in gtō pl'i. Exceptis quibuſdam habentibꝰ oris ⁊ otis in gtō ⁊ alijs de quibꝰ ſolēt dari ꝟſus. Vn̄ Omne monas dat ium tamē um dabit oris ⁊ otis. Ver fur vas ſus pes ops aus fax rex q̄ȝ ſtix ſtrix. Iux vt crux dux frux nux datq̄ȝ bouūq̄ȝ boum bos. Inde excipiūtur nix ⁊ nox. Item in en monoſyllaba habent um.

Q̄ō dedit i ſexto formabit ium genitiuo
Et p̄bens e vel i quod cōparat hinc volo demi
Artificum iunge memoꝝ veterum vigilūq̄ȝ
Atq̄ȝ ſacerdotum cuſtodū vel locupletum

¶ Sn̄a eſt Nomia habētia i ſolam in abltō ſingulari vel i et e ſimul habent ium in gtō pl'i. Exemplum p̄mi. Mare marium. fortis fortiū. Exemplum ſecūdi Foelix foelicium. In̄ excipiūtur nomia compatiui gradꝰ qꝛ habēt um cum iſtis artifex memoꝛ vetꝰ vigil ſacerdos cuſtos locuples quę omnia habēt um. ¶ Sciēdum ꝙ extra textum plura excipiūtur nomina q̄ habēt e et i ſimul nō tamē ium. Vt ſunt omnia nomia adiectiua in oꝛ. q̄ ſunt cōpoſita a decꝰ ⁊ coloꝛ ⁊ coꝛpꝰ et tempꝰ habēt um. vt multicoloꝝ. dedecoꝛum. bicoꝛpoꝝ. Secūdo nomia adiectiua in es termiata communis gn̄is. vt diues. hebes. teres. ſoſpes. antiſtes. q̄ etiam habent um et pn̄t comp̄hendi ſub regula. Si creſcat is aut es. Tercio Omnia nomia cōmunia in os. vt compos. impos. prępos. cuſtos. ſacerdos. ſȝ duo vltia excipiūtur hic in lr̄a. ⁊ habēt omnia um. Quarto adiectiua in us comp̄hēdunt̄ ſub vetꝰ quę hn̄t um. vt intercus. ſubtercꝰ. ab exceptiōe compatiui ſubexcipit̄ vnum ſcȝ plus qd̄ habet plurium. ¶ Sciēdum ſecūdo ꝓ vocabulis. Artifex cis d̄r qui aliq̄d artificioſe facit et eſt adiectiuū habens e vel i ſimul in abltō. ſub quo comp̄hendit̄ opifex. omnis ille q̄ exercet officium manuarium. ⁊ inuenit̄ artifex vel artificꝰ. Ad noꝛmam. Nomia in fex pn̄t de ſe formare nomia in ficꝰ ſecūde declinatiōis. vt ꝓ eodem pellifex vel pellificꝰ. Memoꝛ qui aliq̄d memoꝛia tenet. ⁊ ſub eo comp̄hendūtur ſua cōpoſita. vt immemoꝛ rememoꝛ. Vetꝰ olt. ⁊ extēdit ſe tam ad rē animatam q̄ȝ inanimatā. Vt vetꝰ ars. vetꝰ mulier. Senex tm̄ d̄r de animatis. Vn̄ non dicimꝰ ſenex lignum ſed vetꝰ lignum. Vigil aliquis vel ali



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

qua vigilans. ⁊ ſub eo compꝑhenduntᷣ ſua compoſita peruigil qḋ eſt valde
vigil. Euigil q̄ cito euigilat. cetera patebūt ſupra

¶ per ium fit et el. laus et fraus um tibi p̄bet

¶ Hic dt ꝙ nomia terminata in c et in el hn̄t ium in gtō pl'i. Exemplū
de c vt lac allec. De l. mel fel. Rūc ibi. Laus ⁊ fraus. dt laus ⁊ fraus hn̄t
um in gtō plurali. ¶ Hic nota ꝙ ſolum inueniūtur duo nomina termi-
nata in c. vt lac allec que etiam vſu carēt plurali numero. q̄uis alleca ſit
vſitatum. ¶ Nota ſecūdo ꝙ in textu habebitᷣ el ſyllaba nō littera quia de
alijs ſcꝫ in al il et ul habetur alibi de al quidem. qḋ dedit i ſexto. de il ol ⁊ ul
dicetᷣ. ſꝫ ſal ⁊ ſol raro hn̄t pl'em numeꝝ ⁊ rarius gtūm pluralē

Non creſcēs per ium facit is aut es gtūm
Um dat apis volucris paniſqꝫ canis iuueniſqꝫ
Et ſoboles hereſis cum fruge vel indole vates

¶ Hic ponit aliam regulam de nominibꝰ habentibꝰ ium in gtō plurali
dicēs. ꝙ nomina in is vel in es termiata nō habētia creſcētiam in gtō ſin-
gulari habēt ium in gtō pl'i. Exemplum de is. mediocris mediocrium. vi-
ridis viridium. Exēplum de es. vt Sedes ſedium. vulpes vulpium. In
excipiūtur ea q̄ patēt in textu. ¶ Sciēdum p̄mo ꝙ q̄dam ſunt nomina i
is et in es nō habētia creſcētiam in gtō ſingulari que hn̄t um ꝑ ſyncopam
Primo greca nomia i ſis q̄ compꝑhendūtur ſub hoc nomie hereſis vt Ge-
neſis. extaſis. dioceſis. ſindereſis ⁊c̄. regularitᷣ tamen haberēt ium. Item
morboꝝ nomia Idropeſis pleureſis. Simil'r iſta nomia Compages Cōfla-
ges Seres ꝓ populo (vt habetᷣ in Boetio) vellera ſerum. Syncopātur
etiam ſm Priſcianum ſedes mēſis celeſtis (ſicuti dictum eſt) ſed per ium
vtemur. ¶ Secūdo ſciēdum circa exceptionem Um dat apis volucris.
ꝙ hoc nomē Apis habet ꝓprium gtūm apium. Vn̄ Boeciꝰ. Dulcior ē
apium mage labor. ſi malꝰ ora prius ſapor edat. Et in inſtitutis. Apium
quoqꝫ fera eſt natura. At ꝑ ſyncopam habet vm qui gtūs quidem vſur-
patᷣ. Item ꝙ menſum ꝓ menſium inuenitᷣ. ptꝫ ꝑ Ouidium. Et quos ſu-
ſtinui bis mēſum quinqꝫ labores. Item volucris capitᷣ ſubſtātiue ⁊ adie-
ctiue. Subſtātiue captum ſcat auem ⁊ hꝫ volucrum. Adiectiue captuꝫ
ſcat id qḋ velox ⁊ hꝫ iū qr dr hic ⁊ hec volucris ⁊ hoc volucre. vel hic vo-
lucer hec cris hoc cre. ⁊ hꝫ i in abltō ſingulari. ergo etiam ium i gtō pl'i ꝑ
regulam. qḋ dedit i ſexto Item Fruge hꝫ fruges in ntō ⁊ ꝑ eādem dr frux
frugis. ſꝫ frugi adiectiuū eſt indeclinabile ⁊ valet vtile. Itē Indoles ē ſi-
gnum ſiue indiciū future ꝓbitatis ⁊ ꝟtutis. Vt Ioānes eſt adoleſcēs bo-
ne indolis. Etiam capitᷣ pro generoſitate. Item Vates q̄nqꝫ eſt idem qḋ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

poeta. Vñ Virgilius dr̄ vates mantuan⁹. Ouidi⁹. Vates pelichnus. Vnde et ali⁹. O quam chara mihi ſunt grata poemata vatum. Vatum nomē ego numinis eſſe duco. Quādoqꝫ eſt pphēta. Vt canit eccl̄ia. Si nō ſuis vatib⁹ credat vel gentilib⁹. Compages eyn bant. vt Compages neruoꝝ vel articuloꝝ. Ambages dubium. vt Petr⁹ loquitur per ambages id eſt per dubia. Conflages eſt congregatio ventorum oppoſitorum. Ciniphes eſt muſca canina

Ons per ium formes s iunges r p̄eunte
Conſors atqꝫ cohors demātur nā faciunt tum
Simplex cōpoſiti normam quādoqꝫ tenebit
Sic cor opeſqꝫ probāt ſi cōponatur vtrūqꝫ.

¶ Hic ponit aliam regulam de nomib⁹ hn̄tibus ium dicēs. noīa in ons terminata etiam in rs hn̄t ium in gtō pl̄i. Exemplum de ons. mons pons fons. Exemplū de rs. ars pars. Jn̄ excipiūtur conſors cohors q̄ hn̄t um. ¶ Sciēdum pmo q pn̄s regula intelligit̄ de ſubſtātiuis qꝛ adiectiua in ons ꝛ in rs termiata hn̄t um vel ium ſimul. Exemplū de rs. expers expertum. ſollers tum vel tiū. Jnt̄ iſta noīa in rs. cōſors ꝛ cohors frequēti⁹ habent um. pn̄t tn̄ etiam habere ium. ¶ Sciēdum ſecūdo q ſub l i ons dn̄t cōmphendi noīa terminata in ns v pcedente vt ſunt cōpoſita ab vncia qꝛ etiam hn̄t ium in gtō pl̄i. vt Triciuns quicuns Seſcuns Decuns. Tūc ibi (Simplex cōpoſiti) Hic autor ex exēplis text⁹ infert vnū correlariū gn̄ale dicēs. q ſimplicia quādoqꝫ ſūt declinānda ad normam ꝯpoſitoꝝ. vt cor hꝫ cordium. qꝛ vecors ſecors miſericors hn̄t ium. ꝛ ops habet opum qꝛ inops hꝫ inopum. Et illud ſcꝫ q ſimplex ſequit̄ normam ꝯpoſiti non ſemp hꝫ veritatem. ꝛ ergo in textu dr̄ qn̄qꝫ. ¶ Circa vocabula Cohortes ſunt villaꝝ intra maceriem ſpacia. ſcd̄m Huguitionē vero. Tu quingentoꝝ hoīm dic eſſe cohortem. cetera manifeſta ſunt.

Sepe per um vel ium facit ans aut ens gtūm
Glans dat ium gens mens dens lens ſociabit̄ iſtis.
Calx plebs puls ceps ſtirps p iū facit arx ſimul ꝛ lāx.

¶ Hic pōit aliā doctrinā dicēs. q noīa in ans vel i ens hn̄t um vel ium in gtō pl̄i. vt amāns legēs. ¶ Sciēdum pmo q Seruius talē hic dat regulā Oia noīa adiectiua in ans vel i ens termiata p neutro gn̄e ſp habēt ium in gtō pl̄i. p alijs autem generibus hn̄t um ꝛ ium ſil̄. Et ponit cām Nā gtūs pluralis nō debet eſſe minor i ſyllabis ntō pl̄i. q ſi cōtingēt eēt emphates. i. irreglaritas ꝛ nō decliatio. vt Sapiēs i neutro gn̄e hꝫ ſapia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

in ntō pl'ī. ergo in gtō habebit ſapiētium mancipioꝝ. A ſerpēs ſerpentia
ſerpētium in neutro gn̄e ¶ Sciēdum ſecundo ꝙ d̄r notāter. ſepe ad in⸗
nuēdum ꝙ nō ſemꝑ neqꝫ in omnibꝰ quia q̄dam ſunt nomīa in ans vel in
ens terminata q̄ ſolum h̄n̄t um in gtō pl'ī. vt Priſcianꝰ ponit ꝑ exemplo
parēs qđ ſolum habet parētum ⁊ nō ium. ⁊ hoc inquātum eſt nomē Si
milit̄ alię dcōnes inquātum nomīa. vt ſerpēs. rudens. bidens. torrēs. ba
lans ⁊ cōſonans. et ſiqua alia nomīalit̄ poſita ſolum habent um. ſed ꝑtici
pialit̄ ſumpta habēt um ⁊ ium ſimul. ¶ Sciēdum tercio ꝙ ſub illis no⸗
mibꝰ ſub exceptiōe regulę poſitis ſcꝫ Glans dat ium gens mens ⁊c̄. Pri
mo comp̄hendit̄ hoc nomē ens qđ ſolum habet entium. Et ſub gens ſuū
compoſitum bigēs id eſt ex duplici genitꝰ vel genita ſcꝫ matre hiſpana et
patre germano ⁊ ecōtrario. Item ſub mens ſua cōpoſita. vt amēs demēs
vehemēs habent tamē iſta cōpoſita um ⁊ ium ſimul. licet ium frequentiꝰ
et vſitatiꝰ. Item ſub li dens bidens tridens. de quibꝰ tamen eſt diſtinctio.
quia iſta compoſita aliquā do ſunt ſubſtātiua. ⁊ ſic habēt um tm̄. ⁊ aliquā
do ſunt adiectiua ⁊ ſic habēt um ⁊ ium ſimul. Tūc ibi. Calx plebs. hic ad⸗
iūgit doctrinam de polyſyllabis dicēs. ꝙ nomīa in lr̄a poſita habēt ium ī
gtō pl'ī. ⁊ potiꝰ excipiūtur a regul' ſubſequētibꝰ poteſt em̄ exceptio p̄cede⸗
re regulam. ⁊ ſic calx excipit̄ a regl'a. X fixum. plebs a regl'a (ſed ⁊ s p̄eun
te Bm p ponas) De gtō alioꝝ noīm monoſyllaboꝝ dictum eſt ſuperiꝰ.
Um vel ium pone. ¶ Sciēdum ꝑ vocabulis. Calx quā do eſt poſterior
pars pedis. quā doqꝫ eſt ſemētum calck. Puls eſt pulmētum. Pulmēta
rium vͦ ꝩcat al datmen totten brode eet. Ceps inuenit̄ ſcriptum ꝑ c et ꝑ
ſ ⁊ vtrumqꝫ habet ium. Per cidem eſt qđ ſerpēs. ſed ꝑ ſ eſt munimētum
et defenſorium hortoꝝ ſiue pratoꝝ. Vn̄ Ceps ꝑ c ſcriptum ſerpētem dici
mꝰ eſſe. Sepsqꝫ perambit agrū ſi ſit ꝑ ſ tibi ſcriptum. Arx eſt altitudo.
vt in arce poli id eſt in ſummitate ſiue altitudīe. quā doqꝫ idem eſt qđ pro
pugnaculū. vt arces violēter deſtructę ſunt. Tercio eſt circulꝰ in muro

Dempta carne ꝑ um facies a vel o ſociādo
Il vel ul. nqꝫ ſimul. er ſolam. iungimꝰ irqꝫ
Or demas. or et ur ponas as addere debes
Quę monoſyllaba ſunt adimes mas ē tibi teſtis

¶ Hic ꝯn̄r d̄t de nomībꝰ habentibꝰ um tm̄ in gtō pl'ī. Et ponit p̄mo re
gulam in ſe multas regl'as cōtinentem dicens Nomīa in a. o. il. ul. n. er.
ir. or. ur. as. habēt um in gtō pl'ī. De a dogma dogmatum Enigma. tum
De o vͦgo homo. ⁊ de hac terminatiōe excipit vnum qđ eſt caro. qꝛ habet
carnium. ⁊ olim dicebat̄ carnis. Exemplū de il. Vigilum. pugilū. De ul.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

cõſul cõſulum. De n Nomẽ nominum. De er Pater. frat᷑. mater. De ir. Martyr martyꝝ. De or. color. coloꝝ. creator. De vr murmur. murmu-rum. De as Ciuitas ciuitatũ. bonitas. pietas. ⁊ ab hac terminatione exci-pit monoſyllaba. vt mas eſt teſtis. ¶ Sciendum ꝑ intellectu text⁹ ꝙ n erit lr̃a nõ ſyll'a. ⁊ hoc ideo q: ſub n cõphendunt omnia noĩa in n quacũ-qꝫ vocali pcedẽte. vt Tytan. delphin. demon. q̃ omnia hñt um in gtõ pl'i et q̃uis inueniat᷑ demoniũ. hoc tamẽ nõ venit a demon. ſed eſt nomẽ di-ſtinctum neutꝝ ſecũde declinatiõis. Item er erit ſyll'a. vt pater. mater fra-ter. De ar ꝑus dcm̃ eſt. De ir et or ⁊ ur. hic ſpecialit᷑ dr. ¶ Sciẽdum ſecũ-do ꝙ hic excipiũtur aliqua nomĩa in er q̃ hñt ium nõ um. q̃ tñ Alexã. nõ excipit. vñ Excipe poſtremo caro. cor. lar. vẽter ⁊ vter Velter cũ linther ſpinter ſal ⁊ os aĩal. Omnib⁹ his fit ium. q̃uis faciãt in e ſextum. Item q: docẽte Priſciano. Caro habebat olim carnis. ergo ſm illam termina-tionem nti is hꝫ ium ꝑ regulam. Nõ creſcẽs ꝑ ium. Intelligẽda ẽ tamẽ regula de quib⁹ nõ eſt mẽtio fcã ꝑpt iſta. Lac allec ⁊ ſil'ia q̃ paſſim ponũ-tur in textu. ¶ Sciẽdum tercio ꝙ a lr̃a as excipiũtur gẽtilia in as. q: il-la ſm Priſcianum hñt um ⁊ ium ſimul. ium regularit᷑. ⁊ um ꝑ ſyncopã vt nr̃as noſtratum vel noſtratiũ. Optimas optimatum vel optimatiũ. Et dr̃ idem ꝙ ſcdm antiquiſſimos grãmaticos. Oĩa nomĩa polyſyllaba olim habebãt um ⁊ ium. ſꝫ iam ille vſus aboleuit. vñ hñt nũc um tãtum. ¶ Sup iſta poſſet q̇s dubitare de gtõ pl'i iſtoꝝ noĩm Ceſar. boſtar. aſpar nectar. cum Alexã. dicat (er ſolam) Dicẽdum ꝙ hñt um tñ. vt Ceſar ce-ſaꝝ Baccar rum Nectar rũ. Et pñt reduci ad hãc regulam (or et vr po-nas) vt intelligim⁹ etiam de ar regulam ipam inquãtum habeãt talia in ar. e tm̃ in abltõ. q: ſi habeãt i not⁹ eſt eoꝝ gtũs. Sꝫ volũt aliqui reducẽ iſta nomĩa ad illam lrãm (Sꝫ ium ꝑ cetera formas. q: ponũt ibi vnã re-gulam a cõtrario ſenſu ꝙ nomĩa hñtia ſolam e in abltõ. de quib⁹ nõ eſt ſu-pradictũ habebũt ium in gtõ pl'i. Et de illis q̇d ſit datur alia regl'a ſcꝫ ꝙ omnia noĩa in ar termĩata hñtia e ſolam in abltõ hñt um in gtõ plurali. excepto hoc nomĩe lar quod habet larium. ſotular ſotularium. Exemplũ de regula Ceſar ceſaꝝ Boſtar boſtarum

Si creſcant is et es dãt um monoſyllaba dem as
Plus dat ium. ſed pes dabit um. pluralia ſola
Que dãt es fiunt ꝑ ium. ſꝫ deme penatum

¶ Hic ꝯñter pſequit᷑ de noĩb⁹ hñtib⁹ um ĩ gtõ pl'i di. ꝙ noĩa ĩ es ⁊ in is termĩata hñtia creſcentiã in gtõ ſri hñt um in gtõ pl'i. Exemplũ de is. vt Cuſpis. lapis. Exemplum de es. vt ſtipes. trames. vomes. Jn excipiunt monoſyll'a in is ⁊ in es q̃ hñt ium. Exemplũ de is. lis litium. ⁊ dꝫ ſcribi ⁊

proferri ꝑ t. Exemplum de es. pręs p̄dium. Jn̄ excipit̃ hoc nomē pes qđ
licet ſit monoſyllabū. non tn̄ hꝫ ium. ſed um. Plus dat ium. nō eſt hic ex-
ceptio. ſed a regl'a (qđ compat hinc volo demi) Vel ab iſta poſtea ponen-
da. Pręt̃ os um faciāt os ꝛ vs. ¶ Sciēdum p̄mo. ꝙ omnia nomia ī is
productā termiata. q̄uis habeāt creſcētiam in gtō ſingl'ari. nō tamē um
ſed ium in gtō pl'i. vt Samnis itis. ſamnitiū. ſunamisitis itium. nem-
phis itis itium Jn̄ excipit̃ quiris qđ habet quiritum. ¶ Alia regl'a Oia
nomia in is a gręco deriuata. vel ipſamet gręca exiſtētia q̄ hn̄t is vl' eos in
gtō. etiam hn̄t um in gtō pl'i. vt Metamorphoſis qđ ſm gręcos hꝫ me
tamorphoſeon. ſm nos vo ium. ¶ Hic nota aliam regulam. Nomia in
is termiata habētia duplicem gtūm ſingularem. vnū creſcētem alteꝝ nō.
habebūt gtūm pl'em duplicem. vnum quātum ad creſcētiam in um. alte
rum in ium nō creſcētem. vt tigris tigrium l' tigridū. Jbis ibium vel ibi-
dum Lapis lapiū vel lapidū. Hꝫ tamē lapis vſualit̃ hꝫ dūtaxat in gtō
lapidis quare hꝫ tm̄ lapidum. Et hꝫ hęc regl'a originem ex duab⁹ regul'
prius dictis ſcꝫ. Nō creſcēs ꝑ ium. ꝛ ſi creſcāt is ꝛ es. ¶ Sciendū ſcdo.
ꝙ oia ꝯpoſita a pes adiectiue accepta hn̄t ium in gtō pl'i. ſed ſubſtātiue ac
cepta hn̄t um. Exemplū vt quadrupes adiectiuū. hꝫ quadrupediū. ꝛ eſt
omne id qđ hꝫ quattuor pedes. Et iō hꝫ ium. qꝛ in neutro gn̄e in ntō pl'i
hꝫ quadrupedia. mō gtūs pl'is nō erit minor ſuo ntō pl'i in ſyll'is. Mul-
tipes, multipediū. omne id qđ hꝫ multos pedes. De ſubſtātiuis. vt Lo-
ripes. tripes. Si tn̄ adiectiua cōpoſita a pes inueniātur ꝑ um. hoc eſt per
ſyncopā. ¶ Tūc ibi (pluralia ſola) Hic ſubdit Alexāder ꝙ noia ſolū pl'is
numeri exn̄tia in es termiata hn̄t ium. Exēplū. vt Gades gadiū Grates
Fortes Manes. Jn̄ excipit̃ penates qđ dat tum ¶ Sciēdum ꝙ Petr⁹
helię dat ſil'e documētum de nomib⁹ termiatis in a ſolū pl'is numeri exi-
ſtentib⁹. vt Jlia ilium Sponſalia lium Et dr̄ ibidem ꝙ nomia feſtoꝝ in
ia termiata pl'is numeri tm̄ exiſtētia habēt ium ſub tercia declinatiōe ꝛc.
de quib⁹ ſatis dcm̄ eſt. ¶ Pro vocabulis Gades inſula eſt in fine bethy-
cę ꝓuincię. ꝛ in extremo nri orbis v̄ſus occidētem. vbi Europa ab aphri
ca dirimit̃. nec deriuationē gręcam habet. ſed vocabulū poenum eſt quod
ſeptum indicat eo ꝙ mari in morem ſepis circūdetur. Hanc teſte Soli-
no tyrij a rubro mari ꝓfecti erythream vocauere dicēte Lucano Tyrijs
qui gadib⁹ hoſpes in eadem dixit pomponi⁹ libro tercio. duo eſſe ꝓmon-
tori ī ea parte quo oceanum proſpicit. ſup quoꝝ vno eiuſdem nomis opu
lentam vrbem eſſe dixit. Super reliquo vero Herculis ęgyptij opulen-
tum templum ꝛ religioſum. in quo ei⁹ oſſa ſita dicebātur. Manes dicū-
tur poene infernales vel animę damnatę a maneo (vt quidam volūt) qꝛ
ęternaliter manebūt damnati ī poenis. Jtem penates dicūtur dęes. Vn̄

Statius. Altiq; penates Vel dicūtur dij domorum Unde Aedes siue deos dic significare penates

Preter os um faciūt os et us. sed et s p̄eunte
B m p ponas et t monosyllaba demas

¶ Hic tāgit Alexāder quinq; regl'as. Prima est In os noīa hn̄t um in gtō pl'i. vt flos flor Mos mor. Ī excipiūtur os ossis quod h; ossium. Scd̄a in us noīa tercie decli. hn̄t um. vt Corp⁹. temp⁹. Tercia in bs ps et ms. noīa habēt um. vt Princeps p̄ncipū. arabs arabum. hyems hyemū. Quarta in t. hn̄t um. vt caput capitum. Quinta est exceptio ab oībus regulis dictis. ꝛ sentētia est q̄ a regulis p̄dictis excipiūtur monosyllaba. Vn̄ a regl'a os. excipit vnum. vt pt; De noīb⁹ monosyllabis in us dicūt grāmatici q̄ regulariter hn̄t ium. s; vsu hn̄t qn̄q; um p syncopam Monosyllaba ꝟo in ps hn̄t ium. vt ceps cepiū. stirps stirpium. dempto hoc noīe ops qd̄ h; opum p regulā (Simplex cōpositi) Sil'r monosyllaba. vt vrbs vrbiū. plebs plebium.

Supradicta notes. sed ium per cetera formes
Que p̄bent e vel i sexto. facit um sibi subdi
Qd̄ datur a capio. sic municipum tibi formo
Cūq; caput dabit eps. formabit ium velut anceps

¶ Hic dr̄ q̄ regule supradicte sunt bn̄ notāde. ꝛ ex illis īfert aliā regulā dicens q̄ oīa noīa de q̄b⁹ non est supradictū hn̄tia e et i in abltō singulari hn̄t ium in gtō pl'i. vt Ignis ignium. pisces piscium. ¶ Sciēdum p̄mo q̄ hec regula nō est supflua q̄uis videat. sed ponit pp̄ter duas p̄cedentes sc; (Si crescāt is ꝛ es. et b m p pōnas) quia per illas regulas aliqua sunt adiectiua habētia e et i simul in abltō ꝛ habēt solum um in gtō plurali. vt sunt Diues. sospes. hospes. quo ad primam lrām Celebs celebum. quo ad secūdam. Istam ergo regulam reducit ad illam (Quod dedit i sexto) quasi diceret. Quāuis aliqua contraria posuerim huic regule (Quod dedit i sexto) In duabus iam dictis pp̄terea dico generaliter concludendo q̄ omnia alia habebunt um. Unde aliqui solent dare regulam a contrario sensu. Omnia nomina habentia e solam in ablatiuo. de quib⁹ non est prius dictum. habent um in genitiuo plurali. Vt Cesar Bostar. Exceptis. Velter Venter Vter Spinter Linter. Et sub hac regula comprehenderunt quidam hyems. sed quoniam aliqui textus habeant (B m p ponas. non est necessarium comprehendere. ¶ Tunc ibi (facit um sibi subdi (Quod datur a capio). Hic autor modo excipit composita a capio.

q̄zuis em̄ habeāt e et i in abltō ſingulari. non tn̄ habent ium in gtō pl'i ſed um. vt Municeps pum Manceps Emāceps. Sz ꝯpoſita a caput in ceps termīata hn̄t ium in gtō pl'i. vt Biceps. bicipitiū Triceps tricipitium Anceps ancipitiū. Et inqt Priſcianus. ꝙ in cōpoſitis a caput gtūs pl'is excedet gtūm ſingularem in vna ſyll'a. vt Biceps. bicipitis. bicipitiū Anceps. ancipitis. ancipitium. Inueniūtur tn̄ compoſita a capio quādoqz in ſcripturis ſyncopata. vt a caput in t. vt Ancipitum ꝓ ancipitiū. biceps. tum. triceps tum. Sz cum ſic inueniūtur. tūc quidam dicūt ntōs termīari in t. vt Anciput. biciput. ſz quicqd ſit ꝑ ſyncopam inueniūtur.
¶ Hic nota ꝙ compoſita a caput excipiūtur ab illa regl'a (ſed ium ꝑ cętera formas. Quę ꝑ̄bent e vel i ꝛc̄.) quia vt in plurimum ſunt adiectiua.
¶ Pręteā ꝓ vocabulis. Municeps quādoqz eſt aliq̈s munera capiens. quādoqz eſt nomē dignitatis. ꝛ eſt aliq̈s qui peſt caſtro. In̄ municipium et eſt caſtrū in cōfinio terrę ſitum. Manceps q̇ capt⁹ eſt ꝛ fact⁹ eſt ſeru⁹ Menceps infatuat⁹. Biceps aliq̈s habens magnū caput ad quātitatez duoꝝ capitum. Anceps quaſi hn̄s duo capita. Secundo idem eſt qd̓ dubius. Tercio qd̓ vtrinqz ſcindit. vt in Pſalmo. Et gladij ancipites i manib⁹ eoꝝ. pręceps feſtin⁹ vel cadens pręcipitāter

X fixum dabit um. niſi nix nox atqz ſupellex
Um ſupplex cōplex. ſed ium ꝑ̄bet tibi ſimplex
More metri demit. his vſus ſepe vel addit
I proceres iacit. vqz boues. v ſuſcipit ales

¶ Sm̄a eſt. In x nomīa ſubſtātiua habēt um in gtō pl'i. vt Lex legum. Rex regum. In̄ excipit iſta Nix. nox. ſupellex. q̄ habēt ium. ſz ſub iſta lr̄a (Sed ium ꝑ̄bet tibi ſimplex) compꝑ̄hendit̄ talis regl'a. Oīa adiectiua i x termīata hn̄t ium in gtō pl'i. ſicut hoc nomē ſimplex. vt audax audacium Mēdax mendacium Cōtumax cōtumacium. ꝑter ſupellex ꝛ complex q̄ habēt um. ꝛ vtraqz lr̄a intelligit̄ de ſubſtātiuis ꝛ adiectiuis omni vocali ꝑcedente. ¶ Sciēdum ꝙ ab illa regula X fixum dabit um. Excipiūtur illa nomīa monoſyllaba in x. De quib⁹ dicit ibi Alexāder. Calx plebs ꝛc̄. Et ſil'r illa nomīa monoſyll'a de quib⁹ dictum eſt ibi. Omne monas dat ium ꝛc̄. Circa regulā (Um vel ium pone) vt merx. mercium. Itez Crux habet crucium nō crucum. niſi ꝑ ſyncopam. ¶ Sciēdum ſecundo ꝙ illa ſubſtātiua in x q̄ in neutro gn̄e in numero pl'i declinātur habēt ium. vt victrix. triūphatrix. vltrix. Dicim⁹ em̄ pluraliter. victricia tela. Cetera vo quę in x ſubſtātiua inueniūtur habēt um. Ut doctrix. lectrix. Sz ab illa regula q̄ ibi ꝯphendit̄ (ſed ium ꝑ̄bet tibi ſimplex) Excipit̄ hoc nomē ſenex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

qd̓ ſolum habet ſenum q̄uis ſit adiectiuū. Tunc ibi. More metri demit
Hic autor circa dicta poīt quādam doctrinam dicēs. q̄ aliquādo fit ſyn
copa in gtō pl'i tercię declinationis cā metri. vt pceres habet pcerum pro
procerium. qꝛ haberet ium p regulam. Quę dāt es fiūt pium. Et cā me
tri eſt. qꝛ pcerium nō poteſt apte ingredi metꝝ. ↄſtat em̄ ex quattuoꝛ bre
uib⁹ ſyllabis. Ales habet alituū p quo haberet alitum per regulam. Si
creſcāt is ⁊ es. ſed alitum nō poteſt poni i metro hexametro aut pēthame
tro. cōſtat em̄ ex vna lōga altera breui. ⁊ tercia breui ⁊ non p̄t accipi p da
ctylo. qꝛ poſt m nō ponet᷑ vocal'. ¶ Sciēdum p vocabul'. Proceres ſūt
capita trabiū q̄ eminēt ex muris. Itē ſunt nobiles. vn̄ Sūt pceres vere
qui fulgēt nobilitate. Sed pcerus reyſich. Vn̄ dīa. Eſt pcerum vere p
cerꝝ corp⁹ habere. Ales qn̄qꝫ eſt ſbm̄. ⁊ ſic duo ſcat. pmo idem eſt q̄ auis.
ſecū do idem eſt qd̓ nutrix. vt in hymno. p quē nec ales eſurit. Qn̄qꝫ vero
adiectiuū eſt. ⁊ eſt idem qd̓ velox.

Tercius eſt in ibus. et ei ſextum ſociemus
Dicemuſqꝫ boum ſeu bobus duplice caſu

¶ Poſtqꝫ determiauit de gtō pl'i noīs tercię decli. Hic vult docē de dtīo
eiuſdem ⁊ abltō dicēs. q̄ dtūs ⁊ abltūs nomīs tercię declinatiōis p'lis nu
meri termināt᷑ in ibus penultima correpta vt militib⁹ foelicib⁹. Sꝫ di
ceret aliquis apud Ciceronem inuenit᷑ in dtō ⁊ abltō quādoqꝫ poematis.
emblematis. ergo text⁹ iſte nō eſt ſufficiēs. Dicēdum ſm̄ Priſcianum q̄
huiōi dtī ⁊ abltī nō ſunt ab illis nomīb⁹ prout ſunt tercię decli. ſed put ſe
cūdę. qꝛ Priſcian⁹ ponit talem regulam q̄ nomīa tercię decli. in a termi
nata p eodem pn̄t termiari in um. ſunt tamē ſub a magis vſurpāda Tūc
ibi (Dicemuſqꝫ boum) Hic autoꝛ excipit hoc nomē bos qd̓ indifferenter
hꝫ bobus vel bub⁹ in dtō ⁊ abltō pluralib⁹. gręci em̄ dicūt bubus

Quarta dat us recto dabit u. ſed non niſi neutro
U nō mutabis donec plurale tenebis

¶ Poſtqꝫ determinauit de nominib⁹ tercię declinatiōis. Hic ↄn̄ter facit
hoc idem de nomib⁹ quartę decli. dicēs. q̄ omnis nomīa quartę declinatio
nis termināt᷑ in us vel in u. ſꝫ in u ſolum declināt᷑ in pl'i numero. Ex
emplum de us. fruct⁹. man⁹. De u Cornu gelu. ¶ Sciēdum ꝑmo q̄ ali
qua ſunt nomīa quartę declinatiōis q̄ indn̄ter termināt᷑ in us vel in u
vt ſunt Ceſtus vel ceſtu. Aſtus vel aſtu Pec⁹ vel pecu Art⁹ vel artu. ſpe
cus vel ſpecu Corn⁹ vel cornu Tonitr⁹ vel tonitru. Vn̄ Henric⁹ de colo
nia de hoc nomīe aſtus. Eſt aſtu nomē non declinabile neutꝝ. Quarta q̄
hic aſtus declinat ⁊ hic tamē vſus ¶ Sciēdum ſecū do circa exempla tex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

tus ꝙ compoſita a manꝰ ſunt ſecūde declinatiōis. q̄uis ſimplex ſit quar-
te. Ut equimanꝰ. ⁊ eſt qui eſt ambidexter. hoc eſt vtraq; manu eque ꝑm
ptus. Centimanꝰ qui in negocijs ⁊ laboribꝰ eſt expeditꝰ. tento. al bedrijf.
¶ Nota ꝙ dubium eſt de aliquibꝰ nomibꝰ an ſint ſecūde declinatiōis vł
quarte. Et ideo ſolet dari talis regula. Omne ſbm̄ verbale nomē in us ē
quarte declinatiōis. ſed inquātum adiectm̄ eſt ſecūde. Exemplum vt vi-
ſus quarte. eyn ghesicht. Sȝ viſus a um ghesien. ⁊ ſic de alijs. vetitꝰ. ſpe-
ctus. Et iſta regula potiſſimum intelligit̄ de nomibꝰ verbalibꝰ ab vltimo
ſupino. Quia vt dicit Petrꝰ helie. Ab vltimo ſupino p̄t formari nomē in
us addendo lr̄am s. vt a viſu viſus. a niſu niſus. a nixu nixꝰ. Un̄ ſi ꝯbale
dat us fixū quarte fore dices. Mobile ſi fuerit hic i us tibi dico ſecūde

Us gtūs habet ſed ternus ui tibi p̄bet
Um quarto dabitur. quintus recto ſimilatur
U ſextus retinet. ſed flecte domum ſapiēter

¶ Hic proſequit̄ de obliquis iſtoꝝ nominum quarte declinationis. ⁊ eſt
ſentētia textꝰ ſatis clara. imo luce clarior. ¶ Sciēdum p̄mo circa textū
(Us gtūs habet) ꝙ ille textꝰ debet intelligi de nomibꝰ non neutri generꝭ
quia nō habēt us neq; ui nomia neutri gn̄is. vt ſunt Cornu. gelu. Itē de-
bet intelligi de nomibꝰ non defectiuis propter hoc nomen Idus qđ caret
numero ſingulari. Etiam dr̄ hoc idem. ꝑpter hoc nomē virus. quod ſolū
habet abltūm viru. nec habet alios obliquos. Item inter omnia nomina
quarte declinatiōis in us eſt vnum qđ eſt neutri gn̄s ſcȝ virus. alia ſunt
vel generis maſculi vel fēi. Et nota ꝙ Priſcianꝰ dat talem regulam de
nominibꝰ quarte declinatiōis in us. Omnia nomia quarte declinatōis
in us termiata olim formabāt duplicem genitiuum ſcȝ in us ⁊ in i dupli
cem dtūm ſcȝ in ui et v. q̄uis vſus modernꝰ nunc ſolam alteram habeat
terminationem. Exemplum de gtō. tumultꝰ tumulti Ornatꝰ vel orna-
ti. vt apud Therētium. Nihil ornati eſt in edibꝰ. Exemplum de datiuo
Metus habet metui vel metu. vt Uirgilius. Parce metu citherea ma-
nent ⁊c̄. Silr̄ victu ꝓ victui. vt apud eundem Nam alie victu inuigilāt
et Alexāder. Si ſexu gemino. ¶ Sciēdum ſecūdo quātum ad ablatiuū
qđ duo ſunt nomina quarte declinatiōis que habēt duplicem abltūm ſin
gularem. ſcȝ impetus quod habet impetu vel impete Ritus ritu vel rite.
Et his duobꝰ addūtur dies ⁊ nox. Unde Impetus atq; dies. nox ritus
u vel e caſu. Seruāt in ſexto. que quattuor eſſe memēto. Preterea de de-
clinatione huiꝰ nominis domꝰ dantur hec metra. Tota domus quarte.
mi mo mos rum q; ſecūde. Tolle me mu cum mis ſi declinare domus vis
Et habet domus duplicem genitiuū ſub differētia. quia domus quarte i

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

quantum habet us ſignificat ſtructuram domus. vt Aſcendam ad ſupe-
riora domus. ⁊ non domi. Tectum huius domus non domi. Sed ſub ge
nitiuo domi ſignificat locum ſiue cōtinentiam edificij. vt Joannes ma-
net domi.

PRimo plurali dabis us binos ſociando
Neutra notare decet. gt̄us uū tibi p̄bet
Datqꝫ dr̄us ibus ſextuſqꝫ. ſed excipiemus
Ante bus u ſeruant ficus tribus arcus acuſqꝫ
Artus cum verubus portus partuſqꝫ lacuſqꝫ
Et ſpecus et quercꝰ illis penus aſſociemus

¶ Poſtq̄ȝ determinauit de numero ſingulari nominis quarte declinatio
nis. Hic facit hoc idem de numero plurali dicens. ꝙ nominatiuꝰ. accūs.
et vocatiuꝰ plurales terminātur in us productam. Inde excipiūtur no-
mina neutri generis. vt Cornua. ¶ Sciēdum ꝙ quedam ſunt nomina
in us que in ſingulari numero ſunt quarte declinatiōis. ⁊ in plurali ſecun
de ⁊ neutri generis vt Juſſus. euētus. auſus. in plurali autem Juſſa. euē
ta. auſa. Unde Uirgilius. Mihi iuſſa capeſſere fas eſt. ⁊ apud eundem
de auſa. Dignum inuenies pro talibus auſis exitium. De euentus apud
Ciceronem. Semper enim cauſe euentus plus mouent q̄ȝ ipſa euenta.
Unde ſi iſta nomina in plurali numero in quarta declinatione inueniā-
tur. hoc eſt valde raro. Et ſunt quedam nomina quarte declinatiōis ſub
us in maſculino genere per totum. ⁊ ſecūde ſub um in neutro genere ꝓ eo
dem ſignificato. vt promiſſus us ui. vel promiſſum i. Actus vel actum.
pollicitus vel pollicitum Monitus vel monitum Senſus vel ſenſum.
pro ſentētia verboꝝ. ſed ꝓ ſenſu intellectiuo ſolum eſt quarte. luſus vel luſū
Faſtus vel faſtum Aditꝰ vel aditum. ⁊ ſic de alijs. Et ptȝ iſtud ꝑ multa
poetarum exempla. Un̄ Ouidiꝰ. Quid enī ꝓmittere ledit: Promiſſis
diues quilibet eſſe poteſt. Idem. Quur tua pollicita pondere verba carent.
Item Cor pauet āmonitis. Idem Et longe monitis ſum minor ipſe me-
is. ¶ Tūc ibi (Gtūs uum tibi p̄bet) Sn̄ia eſt. gtūs nomīs quarte decli-
nationis pluralis numeri terminat̄ in uū. vt fructuum. manuū. Et teſte
Priſciano. Inuenit̄ hic gtūs quandoqꝫ ſyncopatꝰ. vt Currum pro cur-
ruū. ſed metro tm̄ Un̄ q̄ gr̄a currū armorūqꝫ fuit Uirgiliꝰ Tūc ibi (Dat
qꝫ drūs ⁊c̄.) Sn̄ia ē. drūs ⁊ abltūs pl'ales nōis quarte decli. terminātur
in ibꝰ. vt fructibꝰ manibꝰ In̄ excipit autor aliqua poſita ī textu q̄ habent
ubus. Hic nota ꝙ p̄ter ea q̄ ponūtur in textu inueniūtur adhuc duo que
ad viros. nubere ꝟo ad mulieres. Item olim dicebat̃ actiuũ nubo ꝛ nubor
paſſiuũ. vt in coelo neqꝫ nubẽt neqꝫ nubẽtur. ſed erũt tanqꝫ angeli dei. mo
do ꝟo nubo eſt neutrale. Etiam nubere inuenit̃ ꝑ tegere Vñ nubes. qꝛ te‑
gũt coelum. Et ſic ꝟgines in aliquib⁹ terris ad nuptias vſqꝫ tranſeũt nu
de capite. Sꝫ quãdo ſunt nuptę tũc velãt caput. ¶ Hic nota ꝙ de hoc
verbo nubo ſolet dari vna regula talis. Om̄ia ꝟba cõpoſita a nubo ſemper
producũt nu. ſed nomia ab eo deriuata corripiũt. Exemplum de ꝟbis. vt
Renubo. ꝓnubo penultima lõga. Exemplum de nomib⁹. vt Pronubus
a um Renub⁹ a um Cõnubus a um. penultima correpta. Item Renube
re id eſt ſecũdario nubere. vt mater mea patre meo viduata renupſit alte‑
ro marito. Item Pronubere id eſt ꝓcul nubere. Cõnubo. i. ſimul nubere.
Scribo componit̃ ꝛ dr̄ Proſcribo. qd̓ p̄mo ſcat publicare ad vendendũ.
vt pater me⁹ proſcripſit agros. Secũdo ſcat ꝓſcribere ex patria pellere.
vt ille homo eſt ꝓſcript⁹. Item componit̃ ꝛ dr̄ Inſcribo qd̓ ſcat inſchry‑
uen. Item Trãſſcribo ꝓp̄e wt ſchryuẽ. Bibere id eſt potare. Vñ ꝑ com‑
poſitionem. Abbibo toe drinckẽ. ꝛ corripit bibo illam ſyll̓am bi in omni‑
bus temporib⁹ tam in p̄n̄ti qꝫ in p̄terito. Vñ Horati⁹. Nũc abbibe pu‑
ro pectore ꝟba. Puer nũc te mulierib⁹ offer. Quo ſemel eſt imbuta recẽs
ſeruabit odorem. teſta diu. Item Scabo is clauwẽ. Vñ ſcabies talis ĩfir‑
mitas. Fricare ſcat wryuen. Scobo ſcobas are ſcãt idem vt poſtea pate‑
bit. Et ſcobo is ere habet vi in p̄terito ꝛ ꝓducit p̄mam. ſed nõ eſt multum
vſitatum. Lambo habet lambui vel lambi in p̄terito. vt ptꝫ in diuerſis ex
emplis. Exemplum vbi habet lambi. vt apud Lucillum poetam. Iucũ‑
duſqꝫ puer qui lamberat ore placẽtas. Item quod habet lambui patet in
libro Iudicum. In trecẽtis viris q̃ lambuerũt aquas liberabo vos. Item
inuenit̃ Sorbo is ere qd̓ habet p̄teritum ꝛ ſupinũ ſicut ſorbeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

Si co p̄ueniat vocalis longa facit xi
N vel s abijcitur hec ci facit. illa facit vi
Hinc vinco vici ſunt teſtes creſcoqz creui
Excipe cōquexi didici cōpeſco popoſci
Et que p̄teritis caruerūt atqz ſupinis
Nec ſunt verba quib⁹ incœptio ſignificatur
Gliſco p̄teritum cōquexi tolle ſupinum
Ici p̄teritum p̄bens ico migrat in ictum
Preteritum parco dat parci ſiue peperci
Dat parci parſum. de ſe nullumqz peperci
Xi vel ci tum dat vi tum facit excipiaſqz
Excipiēda docet q̄ dat vero norma ſecunde
Dant in itum diſco compeſco poſco ſupinum

¶ Poſtq̄ȝ autor determiauit de v̄bis in bo termiatis. Hic ꝯn̄r determiat de v̄bis in co dicēs. ꝙ v̄ba termiata in co habētia lōgam vocalem ante co h̄nt xi in p̄terito pfecto. vt Dico dixi. ¶ Nota ꝙ ſolum duo inueniūtur verba in co h̄ntia lōgam vocalem an̄ co cum ſuis cōpoſitis ſcȝ dico ⁊ duco ¶ Sciēdum p̄mo ꝙ etiam inuenit̄ Dico as are prime ꝯiugatiōis ꝓprie wyen of hillich makē. of ghelofte doen gode of den heylighē of keruen. et corripit p̄mam cum omnib⁹ ſuis compoſitis. vt Indico. p̄dico. dedico. In̄ dr̄ Dica e ſb̄m̄ ꝓpe eyn kerf ſtock. ſȝ Dico tercie ꝓducit p̄mam cum ſuis compoſitis. vt Indico Edico. Item Duco is ere. i. ducatum p̄bere. prope leyden. Inuenit̄ etiam Duco as are p̄me ꝯiugatiōis prima breuis Et cōponit̄ ⁊ dr̄ Educo as. i. enutrire. vt Pater educauit filios ſuos honeſte. ¶ Tūc ibi (N vel s abijcit̄) Hic autor ponit vnam doctrinā bimēbrem Primum membrū eſt ꝙ v̄ba termiata in co h̄ntia n an̄ co in formatiōe p̄teriti deponūt n et mutāt co in ci. vt Vinco vici. Secūdum membrum eſt ꝙ v̄ba termiata in co h̄nt a s an̄ co in formatiōe p̄teriti deponūt s et mutāt co in vi. vt Creſco creui Noſco noui. ¶ Nota ꝙ tm̄ vnum inuenit̄ verbum in co h̄ns n an̄ co cum compoſitis. vt Vinco cōuinco ⁊c. ¶ Sciēdum ꝓ vocabulis. ꝙ compoſita a v̄bis dico ⁊ duco ſatis clare patēt in compoſitis v̄borū. Vinco id eſt ſuperare. Vinco componit̄ ⁊ dicit̄. Cōuinco id eſt in iudicio ſupare. ſed Preualere eſt in bello ſupare. Et luctari id eſt ſuperare ludo vel labore. Etiam cōuincere eſt demonſtrare per ſeipſum vt hoc ratio cōuincit. Item Creſco ꝓpe waſſen ſicut herba. Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

dicit Hugwitio. ꝙ Creſco habet creui in p̄terito ⁊ cretum in ſupino. hꝫ tñ creſciturus ⁊ nõ cretur ꝓ pticipio futuri tp̄is. Sil'r eſt de noſco qđ hꝫ noui notum. ⁊ ꝓ pticipio futuri tp̄is hꝫ noſciturꝰ. Nihilominꝰ p̄t dici ſcđm artem cretꝰ a um. ¶ Hic aĩaduerte qđ omnia compoſita a creſco ⁊ cerno hñt idem p̄teritum ⁊ ſupinum. vt a Cõcreſco dr̄ ſanguis cõcretꝰ ſt gheronnen bloet. Aqua cõcreta .i. glacies. Sil'r cõcerno etiam hꝫ cõcreui ⁊ cõcretum. ⁊ eſt ęquiuocũ. vt patebit loco ſuo. Sil'r diſcreſco diſcretũ Et inde dicimꝰ carnes diſcretas onderſcheyden. ¶ Nota hic ꝙ grãmatici dicũt pticipia in tus a v̈bo creſco veniẽtia ſcare actiue. vt Excretꝰ iuuenis. habeo excretos hedos. Tñ etiam bene inueniũtur paſſiue. Ut et ſi ꝑmiſcue in hoĩes peſtis graſſabat͛ numeꝝ tñ quinquagenariũ non excreuit vel quinquagenariꝰ nõ eſt excretꝰ. Noſco .i. noticiam hr̄e. Hic grãmatici dant talem regulam. Omne nomẽ incœptũ ab illa lr̄a n qđ eſt diſſyllabum p̄t ſibi aſſumẽ illam lr̄am g. ⁊ idem ſcare qđ prius ſcabat. ⁊ hoc ꝑ ꝓteſim. vt Natꝰ. gnatus. notꝰ vel gnotꝰ Narus vel gnarꝰ ⁊c̄ÿs. Paſco .i. nutrire. Et coincidũt paſco is ere in p̄terito qꝛ vtrũqꝫ hꝫ paui. Dicit͛ etiã pauio is ire quartę ꝯiuga. qđ ſt pauimentũ facẽ. eyn dele makẽ. Tũc ibi. (Excipe cõquexi) Autoꝛ ponit hic exceptionẽ a doctrina ꝓus data (n l' s abÿcit͛) Et excipiũtur ꝑmo hic iſta quattuoꝛ v̈ba Cõquiniſco. cõquexi. diſco. didici. ꝯpeſco ui. poſco popoſci. q̄ licꝫ habeãt s añ co. tñ nõ hñt vi in p̄terito. ſꝫ alit͛ vt patuit. Cõquiniſco ſt iclinarẽ caput. Diſco .i. doctrinam dare. Diſco ꝯponit͛ cum de. ⁊ dr̄ dediſco .i. obliuiſci qđ prius didici. Dediſcere aſſerẽ Ediſco .i. rem ꝓus doctã memorit͛ diſcẽ. Cõpeſco hꝫ ꝯpeſcui ⁊ caret ſupino q̄uis autoꝛ non dicat ⁊ ſt coercẽ. ⁊ deriuat͛ ꝑ ꝯpõnem a v̈bo inuſitato peſco. Et ſub hoc v̈bo ꝯpeſco ꝯphendit͛ Diſpeſco. Poſco .i. petẽ eyſſchen. Tũc ibi (Et quę p̄teritis) Autoꝛ ponit aliã exceptionẽ ab illa regula (n vel s) dicẽs ꝙ v̈ba inchoatiua q̄ terminãtur in co carẽt p̄teritis et ſupis. vt Ferueſco. caleſco. amaſco. doceſco. Subdit ꝙ h' verbũ Gliſco caret p̄terito ⁊ cõquiniſco caret ſupino. ¶ Nota hic ꝙ oĩa v̈ba inchoatię formę carẽt p̄teritis ⁊ ſupis. ⁊ pticipãt ſcationẽ ſui ſimplicis. exceptis cõpoſitis a ſcio formatis. vt Aſciſco. ꝯſciſco. reciſco. Nã aſciſco ſt ad ſe capę ſed Cõciſco ptinet ad mortẽ. ⁊ ſic dr̄ Cato mortẽ ſibiÿpſi cõciuit. Reciſco ſt rem poſtqꝫ geſta ẽ ſcire quã prius neſciebas. ¶ Sciẽdum ꝑmo ꝙ q̄dã inchoatiua habẽt p̄terita. Et hoc qñ ipſa ꝑmitiua a quibꝰ veniũt nõ ſunt vſitata. vt Seneſco ſenui Quieſco quieui. Non enim dr̄ Seneo. quieo vſitate. Unꝰ Preteritis ꝓprÿs dic incœptiua carẽ. Sꝫ ꝑfectoꝝ retinẽt nõnulla ſuoꝝ Cũ pñs tp̄s ꝑfecti nõ hꝫ vſus Sũt tibi ꝑ teſte ſeneſco quieſco noteſco Hec faciũt ſenuit ⁊ notuit atqꝫ q̄euit. Uerũtñ dicũt hic q̄dã grãma. ꝙ oĩa v̈ba ĩchoatiã accõmodãt p̄teita ſuoꝝ ꝑfecõꝝ. vt caleſco ⁊ ca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

leo calui ⁊c̄ijs. ¶ Hic aīa duerte ꝙ ex illo textu (Gliſco p̄teritum) elicit̄ ꝙ gliſco etiam caret ſupio. q̄uis Alexāder nō dicat. q: eſt regula gn̄alis grā maticoꝝ. ꝙ omne v̄bum carēs p̄terito: etiam caret ſupino. Et ſub gliſco Petr⁹ helie cōph̄endit hoc v̄bum fatiſco qḋ etiam caret p̄terito ⁊ ſupino. Vn̄ fatiſcere. i. ceſſare ſeu vires deꝑdere. Vn̄ et Auſoni⁹. Studium puerile fatiſcat leta niſi auſteris varient̄ feſta ꝓfeſtis. Et beat⁹ Hieronymus cōticeſcat eloquētia fatiſcāt ingenia. Item Oīa compoſita a fatiſco mutāt a in i et fiūt deponētalia ⁊ habēt e ſupino. Item Ipſa compoſita habēt p̄terita ⁊ ſupia. vt Defitiſcoꝛ defeſſus ſum. Vn̄ venit Fatiſcoꝛ feſſus ſum: ⁊ ſic dicim⁹ Ego ſum feſſus ambulando. ¶ Nota hic regulam incidentalem Quādocūq; aliqḋ verbum caret p̄terito pfcō. tūc ad exprimendum mētis cōceptum ſub tali p̄terito accipiēdum eſt ſuū pticipium pn̄tis tp̄is. Et hoc v̄bum ſum in eodem tp̄e vt hoc v̄bum Medeoꝛ caret p̄terito. vn̄ loco ei⁹ debemus dicē. Ego fui medens. Item quattuoꝛ ſunt v̄ba in co q̄ carēt ſupis. vt Gliſco Cōquiniſco Fatiſco et Cōpeſco. Et duo coꝝ etiā carēt p̄terito ſcȝ Gliſcoꝛ fatiſco. Item Gliſco. i. cupio. Tūc ibi (Ici p̄teritum) Subdit hic autoꝛ ꝙ hoc v̄bum ico habet ici in p̄terito et ictum in ſupino. Item Ico is ere eſt man⁹ pcutē ad faciēdum fœd⁹. Capit̄ tamē quādoq; pro pcutē gn̄aliter. vt ibi. Si q̇s icit pueꝝ bene v̄gis. diligit illum. Vn̄ ictus us ui. i. verber. Inuenit̄ etiam ict⁹ ꝓ momētanea oculi motiōe. Vt in ictu oculi aīa mouet̄ hinc vſq; coloniā ¶ Nota vnā regulam. ꝙ oīa compoſita a iacio ⁊ ico. In quibuſdam tempoꝛib⁹ coincidūt in lr̄atura a Iacio ſcribūtur ꝑ i duplicem. per i ſimplicem ꝓferūtur Sȝ compoſita ab ico ⁊ ſcribūtur ⁊ ꝓferūtur ꝑ i ſimplicem. Et hoc v̄buȝ ico indifferēter coꝛripit vel ꝓducit poꝛē ſyll'am in metris. Tūc ibi (Dat parſi parſum) ¶ Hic Alexāder d̄t ꝙ hoc v̄bum parco hȝ parſi vel pepci. ⁊ hoc p̄teritū parſi habet parſum in ſupino. ſȝ pepci caret ſupino. Iteȝ Parco duo ſ̄cat. Primo ſ̄cat condonare foꝛefactum. ⁊ ſic regit dtūm, vt Parcat mihi oīpotēs. Etiam trāſſumit̄ pro cōſeruare. ⁊ ſic inuenit̄ conſtructum cū accō. Secūdo eſt parce aliq̄d expone̅ ſeu nimium tenaciter ſua cōſeruare. Inde parcus id eſt auarus. Vnde Parce nil exponens parco mala facta remittens.

In ſi do vertit ſi per ſe longa p̄ꝛibit
Ante do vocalis cu ſi ſtri ce pe remotis
Hec faciūt cudi ſtridi ceſſiq; cecidi
Nullum ſido gerit quod turpe ſonat ſit in edi
Nulla ſupina creans ceſſi creat ſſ ſibi duplex

¶ Poſtq̃ꝫ Alexãder determiauit de v̾bis in co termiatis. Hic pn̄r deter⸗
minat de v̾bis termiatis in do dicẽs q̄ v̾ba termiata in do habẽtia lõgam
vocalem an̄ do mutãt do in ſi in p̄terito perfecto. Exemplum vt Ludo lu
ſi Trudo truſi Plodo ploſi Ledo leſi Rodo roſi Vado vaſi Rado raſi.
¶ Nota q̄ in ſumma inueniũtur nouem v̾ba in do habẽtia lõgam voca
lem an̄ do ꝛ habẽtia ſi in p̄terito perfecto. vt Rado Rodo Trudo Ludo
Plodo Ledo Vado Claudo et Plaudo que duo vltima habent longam
vocalem an̄ do ꝓpter poſitionem ꝛ diphthõgon. Et illa q̃ a regula excipi
untur. etiam habẽt lõgam vocalem an̄ do. ¶ Sciẽdum ꝑ vocabulis Le
do eſt offendo de quo ſic collige Om̄ia compoſita a Ledo mutãt e in i in
preterito ꝛ ſupino. Et in omnibꝰ temporibꝰ. excepto vno qđ eſt Illido
qđ e ſeruat. Exemplum regule. vt Allido alliſi alliſum. Ut ibi Alliſit p
uulos ſuos ad petram. i. refrenauit irã ſuam. Collido colliſi colliſum. Ut
in hymno. Caterua matrum pſonet. Colliſa defl ẽs pignora. Quidam ta
men dicũt de hoc v̾bo illido ponẽtes drñam vt quãdo eſt nõ ledere tũc ha
bete. vt Joãnes euaſit illeſus. Sꝫ quãdo ſ̾cat pariter cõcutere ſic mutat e
in i ſicut alia compoſita. Item Vado id eſt ire. ¶ Hic animaduerte q̄ q̇⸗
dam dicũt de hoc v̾bo vado qđ caret p̄terito ꝓpter coincidẽtiam huiꝰ no
minis vas vaſis vaſi. ſed in compoſitis habet ſi. Ut inuado inuaſi Euado
euaſi. Inueniť etiam vado as are p̄me cõiugatiõis prima lõga id eſt equũ
adaquare Ut ego vadobo noſtꝝ equũ. ꝛ componiť ꝛ đꝛ reuadare. i. iterũ
vadare. Diciť etiam Vado as are ꝓprie wedden. ſeu vadimonium dare
Item Rado ꝓ̄pe ſcheren. ꝛ componiť cum ab. vt Abrado af ſcheren. trãſ
ſumiť etiam pro priuare. Item componiť ꝛ đꝛ Subradere onderſcherẽ.
Plodere id eſt cõcutere manꝰ. Et componiť vt complodere id eſt cõiun
gere manꝰ pre nimio gaudio. ſeu dolore vel per ſubitam ammirationem.
more mulierum. Etiam complodere ſ̾cat ſimul plodere cum diſ compo⸗
niť. vt Diſplodo. i. diſiũgere. Componiť etiam cũ ex vt Explodo. i. aliquẽ
effugare manuũ compoſiõe. ſ̾cat etiam aliquem impedire in loquẽdo. vt
Exploſus eſt mihi ſermo. Componitur item cum ſub b in p mutãdo. vt
Supplodo. i. violenter pedem terre incutere. Itẽ Rodo is ire ꝓ̄pe kna⸗
ghen. Et componiť vt Corrodo ꝓ̄pe beknaghen. Ut panis eſt corroſus.
Etiam rodere ſ̾cat obloqui. vt ille rodit me dente canino. Item Trudo
ſ̾cat ſtoten. In̄ Truſorium id eſt diga. Et componiť vt Extrudo ꝓprie
wt ſtoten. Ut petrꝰ extruſit hũc parraſitum. Componiť etiam vt In⸗
trudo ꝓ̄pe inſteken. vt Petrꝰ intruſus eſt in hãc prebẽdam. Ludo ſ̾cat
ſpelen. Capiť etiam ꝑ deridere Ut apud Therẽtium. Ludis me fortaſſe
Et ꝑ illo ſ̾cato componiť. vt Illudere Deludere. i. deridere. Itẽ Claudo
prope ſluytẽ. ¶ Sciẽdum q̄ om̄ia compoſita a claudo mutãt ſemꝑ hãc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

diphthõgon au in u longam. vt Claudo componiẗ cum in ⁊ dꝛ includo.
Item Recludo Secludo Excludo Intercludo Introcludo. Et dr̄nt i
tercludo ⁊ introcludo. Nam intercludē eſt iter alicuiꝰ impedire. ſꝫ intro
cludē ſ̄cat in interioribꝰ claudere. Plaudo ſ̄cat manus cõiungē pꝛę gau
dio. Vt gaudete ⁊ plaudite. Jn̄ plauſus.us ui.i.gaudium. Et componiẗ
plaudo ⁊ applaudo ꝑꝑe wepel ſterten. Tūc ibi (Cu ſi ſtri. ⁊c̄) Hic autoꝛ
a regula dicta ponit exceptionē dicens. ꝙ iſta ỽba Cudo Sido Strido
Cedo Pedo excipiūtur a regula dicta qꝛ q̄ꝫuis habeāt lõgam vocalem an̄
do nõ tamē mutāt do in ſi in p̄terito ſꝫ habent aliter vt ptꝫ clare in littera
¶ Sciēdum ꝓmo ꝙ Cudo hꝫ cudi in p̄terito ⁊ cuſum in ſupio. Volunt
quidam ꝙ careat ſupino. ſꝫ male dicūt vt ptꝫ per eiꝰ deriuatiua. Nam ab
eo dꝛ frequentatiuū cuſo as a quo vlteriꝰ accuſo. excuſo. incuſo. recuſo. Et
ſ̄cat cudere ꝑꝑe ſmeden. ſeu percutē quocūqꝫ modo. Et componiẗ cum ex
vt excudere. i. extra cudere. vt Petrꝰ excudit ignem ſilice. Item Sido ca
ret ꝓprijs p̄teritis. ⁊ eſt equiuocū. Vn̄ Sidere ſplendere ſit ſculpere ſitqꝫ
volare. Sidit auis ſidit lathamꝰ ſꝫ ſidera uolit. Et componiẗ vt inſidere
qḋ ſ̄m quoſdam ſ̄cat lente volare vix mouēdo pennas. Item hoc ỽbum
pedo hꝫ pedi. ⁊ ſ̄m aliquos pepedi vt ptꝫ. Nõ multum ſonat q̄ꝫuis veſica
pepedit. Et ſ̄cat pedere turpem ſonum facē. Jnueniẗ etiam pedo as are ꝓ-
ma breuis ꝓmę ꝯiuga. i. pedibꝰ ambulare. Et ꝯponiẗ vt repedo as are ꝓ-
prie achter wt ſlaen. Vt equus repedat. Etiam Repedare ſ̄t ad ꝓꝑa ire
vt Petrꝰ ad ꝓpria repedauit. Jnueniẗ etiam pedo pedonis de q̄ pedun-
culꝰ. Jnueniẗ etiam Pedio is ire in ſimplici nõ multum vſitatū qḋ ꝯpo-
niẗ. vt impedio p̄pedio. ¶ Hic nota ꝙ ſex ſunt ỽba in do carētia ſupino.
Vt ſido. pedo. ſtrido. rudo. frendo. Item Strido ſ̄t frēdere ꝑꝑe knarſſē
mitten tanden. Et ꝑ eodem dꝛ ſtrideo es ere. ⁊ vtrūqꝫ hꝫ ſtridi in p̄terito.
Olim tamē etiam hꝫ ſtridui. Itē Cedo ceſſi ceſſum. i. locū dare. ¶ Hic
aīaduerte ꝙ duplex inueniẗ verbū. Cędo is ere tercię ꝯiuga. Et illa dr̄nt
inẗ ſe tripl'r. Primo in p̄terito. qꝛ vnū hꝫ ceſſi ⁊ alteꝝ hꝫ cecidi. Secūdo
differūt ſ̄catiōe. qꝛ cedo hn̄s ceſſi ſ̄cat recedē. i. locū dare. cõtingē vel eue-
nire. Vt male ceſſit mihi. Sꝫ cędo cęcidi ſ̄t ỽberare. ſcindere vel necare.
Vt mgr̄ cęcidit me ỽgis. Tercio dr̄nt in formatiōe ꝯpoſitoꝝ. Quia oīa
cõpoſita a cedo habēte ceſſi ſeruāt e in oībꝰ tꝑibꝰ. ſed inquātum a cędo hn̄
te cecidi mutāt e in i. vt a cedo ceſſi dꝛ Recedo receſſi Cõcedo cõceſſi Sꝫ
a cędo cęcidi dꝛ Recido recidi Cõcido cõcidi. Et inueniẗ vnum verbuꝫ
Cedo defectiuū ꝑ dic. de quo poſtea dꝛ ibi. Dic cedo pro dic. Et habet tā-
tum cedo ⁊ cędite. ⁊ nõ habet plura tempoꝛa.

A do cõpoſita formabūt di geminata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

His iungas prendo diphthongus ſi tibi format

¶ Hic autor ponit aliam doctrinam dicēs. ꝙ oīa ꝯpoſita a do hn̄t di geminatū in p̄terito pfcō. vt Addo addidi Reddo reddidi Condo cōdidi.
¶ Hic nota ꝙ duo ſunt ꝯpoſita a do q̄ indrn̄ter gemināt di vel nō geminant. vt Recōdo recōdidi vel recōdi Abſcondo abſcōdidi vel abſcōdi.
¶ Sciēdum ꝑ vocabul' ꝙ cōpoſita a vbo do ſatis patēt in cōpoſitis verbor. Item Prendo ſt cape. vt Tota nocte laborauim⁹ ꝛ nihil prendidim⁹. ꝛ ſub eo ꝯtinet hoc vbum ꝑhēdo. Et ſunt duo vba idem ſcātia. ꝛ oīa cōpoſita eoꝝ ſcāt idem. vt cōprendo vel ꝯphendo. Apprendo vel apphēdo Reprēdo l' rephēdo Et iſta duo hn̄t duplex p̄teritū ſcȝ p ꝛ ēdidi. l' di. et ſemꝑ hȝ prenſum vel p̄henſum in ſupio. Et phendo eſt magis vſitatū in cōpoſitis q̄ȝ prendo. vt ptȝ in cōmunib⁹ locutionib⁹.

Ante do ſi veniat i vel v ſimul n mediante
In di p̄tereunt. ſed in his n demitur ante
Tu geminas tundo tutudi dat ſumqȝ ſupino
Dat tundo tutudi donat tondere totondi
Tondeo dat tonſum. ſed p̄bet tundere tuſum

¶ Hic autor ponit vnam doctrinam bimembrem dicēs. ꝙ vba terminā ta in do hn̄tia i vel n an̄ do mediāte lr̄a n deponūt n ꝛ mutāt do in di in p̄terito. Ut ſcindo ſcidi Findo fidi Fundo fudi. In̄ excipit hec vbū tendo qd habet tutudi in p̄terito ꝛ tuſum ī ſupino. vt ptȝ in textu. ¶ Hic nota ꝙ ex toto tm̄ ſunt tria vba hn̄tia di in p̄terito ꝑ hāc regulam. vt Fūdo fudi Scindo ſcidi. ꝛ findo fidi. cum eoꝝ compoſitis. Et inuenit vnum verbum qd excipit de quo Alexāder nō loquit ſcȝ Pindo qd mutat ſimpliciter do in di. ꝛ ſcat cruyden. ¶ Sciēdum p̄mo ꝙ om̄ia ꝯpoſita a ſcindo ꝛ findo ꝛ ipſamet ſimplicia corripiūt penultimam in p̄terito pfcō. vt patet ibi. Oia p̄terita vbi Alexāder excipit iſta. vt Refindo refidi Diſcindo diſcidi Perfindo pfidi Reſcindo reſcidi. Sȝ fundo ꝓducit penultimam preteriti pfecti tam in ſe q̄ȝ in ſuis ꝯpoſitis. vt Infundo infudi Cōfundo cōfudi ꝛcu̇s. ¶ Sciēdum ſcdo ꝙ Scindo ꝓꝓe ſt aliquam rem cultello minuere vel diuidere. ꝛ componit vt Deſcindo. i. finē facē. Item ꝯponit cum re. ꝛ dꝛ Reſcindo ꝓprie op horen. Un̄ In malis ꝑmiſſis reſcinde fidem. Et in turpi voto muta decretum. Item Findo ſcat diuidere prope clouen. ¶ Hic nota ꝙ om̄ia ꝯpoſita a findo et a fido hn̄t coincidentiam ī litteratura. ſȝ differūt in quātitate ꝛ ſcatiōe. nam a findo corripiūtur. et a fido ꝓducūtur in penultima p̄teriti. Item Fundo ſcat liquorē emittē. et drn̄t Fundo is et Fundo as. Itē Fundo ꝯponit et dꝛ refundo ſt ſchade

op richten. vt Joannes refundet mihi damna mea vſqꝫ ad minimū qua
drātem. vel reddet mihi ad aſſem impenſa. Plini⁹. etiam Refundere ē
facere recompēſam ꝓpͤe vergelden. Ut ſi feceris hoc ego refundam. Item
componitͬ ⁊ dr̄ Profundo is ere id eſt dilapidare. vt Joānes ꝓfudit om
nia bona ſua. Jn Profuſus id eſt ꝓdigus. Catilina erat alieni appetēs et
profuſus ſui. Saluſti⁹. Item Tundo is ere ē cat herbas amputare Tun
do componitͬ ⁊ dt̄ Obtundo. ⁊ ē cat obturare Ut aures mei ſunt adeo ob
tuſę vt auditu careāt. componitͬ etiam. vt Pertundo ꝓpͤe doer ſlaen. Ut
ſaccus eſt ꝑtuſus. Hic dt̄ Priſcian⁹ et alij grammatici ꝙ Tondo hꝫ tu-
tudi vel totudi. tuſum vel tutiſum. q̄ꝫuis tamē ſub vno magis vſitatum
q̄ꝫ ſub alio. Et omnia ꝯpoſita a tondo ſemꝑ corripiūt tu. Ut ego tutudi
herbas. tamē ſm̄ Priſcianū producūt penultimam pręteriti. ⁊ ſic dr̄ Cō
tudi. pertudi penultima longa

Datqꝫ cado cecidi ſic format rudoqꝫ rudi
Ante do diphthongus ꝓducta ve littera vel quę
Do dedit aut i vel v ſuꝑ n ſic prendo pateſcūt
Nil aliud mutans p̄bens per cętera di do

¶ Hic autor dt̄ ꝙ hoc verbum cado habet cecidi in p̄terito ⁊ rudo habet
rudi. Tūc ibi) Añ do diphthōgus) Sm̄a eſt ꝙ ꝟba in do habentia diph
thōgon añ do vel lōgam lrām aut i vel v mediāte n cum hoc ꝟbo prendo
quomodo habeāt in p̄terito ſatis ptꝫ per p̄dicta. Deinde ſubdit. ibi. Nil
aliud mutās. Et ponit regulam gn̄alem dicēs. ꝙ omnia ꝟba terminata
in do de quib⁹ non eſt ſuperi⁹ dictum mutāt do in di in p̄terito. vt ſcādo
ſcandi Mando mādi Fendo fendi ⁊c̄. ¶ Sciēdum ꝓmo ꝙ omnia cōpo
ſita a cado mutāt a in i in compoſitiōe. Et corripiūt penultimam p̄teriti.
vt Incido incidi Decido decidi. Ut ego gradu decidi ⁊cij̄s. ¶ Hic aīad
uerte ꝙ om̄ia cōpoſita a cado ⁊ cędo mutāt a in i ⁊ cōueniūt in litteratura
ſꝫ differūt in ē catiōe ⁊ quātitate. Exempli grā. vt Incido is incidit. dr̄ a
cędo ꝓducendo ci. ſed a cado dr̄ Incido incidis incidit corripiēdo ci. vt in
ſacra ſcriptura. Sapiētia edificauit ſibi domum ⁊ incidit columnas ſep-
tem. Exemplum ſecūdi. vt Incidit in foueam quā fecit. Et ſic ponitͬ dr̄a
intͬ Occido penultima lōga ⁊ penultima breui. ¶ Hic nota vnam regu
lam de compoſitis a cado Que talis eſt Omnia compoſita a cado carent
ſupinis. vno dempto ſcꝫ Occido quod habet occaſum. Exēplum vt De-
cido decidi Excido excidi. ⁊ ſic de alijs. Rudo rudis rudere eſt ꝓpͥū aſi-
ni. Et inuenitͬ Rudeo rudes rudere ſcdę cōiugatiōis Rudo is ere tercię
cōiugatiōis. Et rudio is ire quartę. Et a rudo venit rudens nomen ⁊ ru
dens participium. Item Rudio is ire. ꝓma breui eſt extra ruditatē ponē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

Jn̄ Eruderare.i.euellere. Pando is ere.i.manifeſtare. etiam ſ̄cat expēde-
re.ꝛ ſic dꝛ Phūs ꝙ organum ſenſus tactꝰ expāſum eſt ꝑ totum corpꝰ.et
habet pādo (vt poſtea dꝛ autor) paſſum in ſupīo.ſed ſm̄ cōmunes grāma
ticos inuenit̄ habere pāſum.ꝛ ſic canit eccia. Qui expāſis in cruce mani-
bꝰ. Mando is ire.i.comedē. Etiam inuenit̄ Mādo as are.i.pcipere. dꝛ
etiam Mādo onis.i.comeſtor.iuxta illam regulam. ꝟbum ſ̄cās actū po
teſt de ſe formare artificialit̄ nomē terminatū in o ſ̄cans illum qui talem
actum exercet. vt Mādo onis. dꝛ a mādo is. Scandere op climmē. Et
mutāt cōpoſita a ſcā do a in e in ꝯpōne. vt Aſcendo Cōſcendo Deſcendo
Jtem Fendo in ſimplici nō eſt multum vſitatum ſed in cōpoſitis. vt Of
fendo ꝑꝑe vertoernen. vt hec ꝟba offendūt pios hoīes. etiam Offende-
re ſ̄cat inuenire. Vt ego offendi patrē meum in foro

Diuido ſi demas et que ſiunt geminādo
Tendo tetendi pendo pependi. dat quoqꝫ pendi.

¶ Hic autor ab illa regula (Nil aliud mutās) excipit p̄mo hoc ꝟbū Di-
uido qđ habet diuiſi in p̄terito. Secūdo excipit iſta ꝟba tendo ꝛ pendo vt
ptꝫ in textu. Jtem Diuido ꝑꝑe deylen.ꝛ videtur ꝯpoſitum e video es ere
Pendo ꝛ pendeo dr̄nt. Nam pēdo is ere.ophanghē.vel ſoluē. Jn̄ Pen-
ſio.i.ſolutio ſ̄cat iaer pacht. Jn̄ penſionare ꝟpachten. Penſionarius eyn
pachter.ꝛ dꝛ appēdo weghen. Vt lardum meum appendit decem talē-
ta Sed pendeo es ere ſ̄cat hanghen als eyn dief.in patibulo.aut alia res
et eſt abſolutum Vn̄ patet differētia

Do ſum p̄bet in his exceptis a dare natis
Jſta ſupinātur ꝑ itum quotiēs geminātur
Abſcondo dat itum geminās di nō geminās ſum
A quibus eripitur penultima ſi breuiatur
Additur ſſ duplex ſi longa ſit s ſibi ſimplex
Dans paſſum pando ſubducit n s gemiuādo
Pando pati pateo paſſum fecere ſupino
Dat tendo tenſum.tum quedam cōpoſitoꝝ

¶ Poſtq̄ꝫ autor determiauit de p̄teritis ꝟboꝝ in do. Hic ꝯn̄r determiat
de ſupis dicēs.ꝙ ꝟba termiata in do de quibꝰ ſuperius dcm̄ eſt hn̄t ſum i
ſupino.vt Rado raſum Trudo truſum. Jn̄ excipit compoſita huiꝰ verbi
do q̄ hn̄t itum in ſupino quādo geminant p̄teritum ſuū. vt Addo additū
Reddo redditum. Et hoc ꝟbum abſcondo habēs abſcōdidi in p̄terito ha
bet itum in ſupino Sed prout habet abſcōdi habet ſum in ſupino. Tunc

ibi(N quibꝰ eripit) Ponit vnam doctrinam ꝓdicēs. ꝙ ꝟba termiata iſdo hn̄tia i vel u añ do n mediāte q̄ in formatiōe p̄teriti deponūt n ⁊ corrip̄ iūt penultimam p̄teriti. habēt ſum ꝑ duplicem ſſ in ſupino Findo fidi fiſſum Scindo ſcidi ſciſſum. Sꝫ q̄ deponūt n et ꝓducunt penultimam p̄teriti. hn̄t ſum i ſupino ꝑ ſimplicem ſ. vt Fūdo fudi ſuſum. Tūc ibi(Dans paſſum pādo) Dicit ꝙ hoc ꝟbum pando hꝫ paſſum in ſupino ꝑ duplicem ſſ. Virgiliꝰ. Et Pater anchiſes paſſis de littore palmis. Et apud eundem. Crinibꝰ iliades paſſis pepulumq̄ʒ ferebāt. Inueniūtur tria ꝟba hn̄tia hoc ſupinum paſſum ſcꝫ pādo patior ⁊ pateo. Inuenit etiam(teſte Priſciano) pādo habere pāſum qd ptꝫ in ſuo cōpoſito. Qui expāſis in cruce manibꝰ. Tūc ibi(Dat tendo tenſum) Subdit ꝙ hoc ꝟbum tendo cum ſuis compoſitis habet tenſum. vt Extēdo extēſum Protēdo ꝓtenſum. ⁊ q̄dam compoſita habent tum. vt Attēdo attētum, Cōtendo cōtentum.

¶ Nota ꝙ oīa cōpoſita a tēdo ⁊ ipm̄ ſimplex hn̄t duplex ſupinum. vt Tendo tetēdi tū l' ſum. duo nataq̄ʒ dant tum. Attēdo q̄ʒ portēdo. ſꝫ cetera tum ſum. Item Intēdo ꝓ duplici ſcato habꝫ duplex ſupinum. Primo Intēdere ſcat adaugere. vt calor intēdit. ⁊ ſic hꝫ intēſum in ſupino. ⁊ ſic dicimꝰ blada fuerūt intētioris fori q̄ʒ nūc ſunt. Scd̄o intēdo ſcat diligētiam adhibere. ⁊ ſic hꝫ intēſum in ſupino. ⁊ ſic regit dtīm vel accūm. Exemplum de dtō. vt Intēde voci orōnis meę. De accō. vt Intende clamorem meum. ¶ Hic aīaduerte ꝙ oīa cōpoſita a tendo ⁊ teneo coincidūt in ſupinis, vt Cōtentum a cōtendo. vel a cōtineo. ⁊ ſic de aliis. Itē Tendo is ere duo ſcat. vt Quo tendis. i. quo vadis. ⁊ ſic eſt neutrum. Secundo ſcat extēdere ſeu parare arcum ad ſagittādum. vt in Pſalmo. Arcum ſuū tetēdit ⁊ parauit illum. ⁊ ſic eſt actiuū

Edi dodat edo ſum donās ſtumq̄ʒ ſupino
Hec ſua cōpoſita cogūt geminare ſupina
Nāq̄ʒ dat ambeſus eſum comedoq̄ʒ comeſtum.

¶ Hic ponit aliam doctrinam di. ꝙ hoc ꝟbum anomalum Edo hꝫ edi in pte. ⁊ eſum i ſupi. vel eſtum. Et cōpoſita ſua etiam hn̄t duplex ſupinū. In excipit Ambedo ꝙ ſolum hꝫ ambeſum. ¶ Nota ꝙ inuenit duplex edo ſcꝫ ędo pⁱma lōga. ⁊ edo pⁱma breuis. Edo pⁱma lōga eſt cōpoſitū a do et hꝫ edidi in p̄terito ꝑ illam regulam. A do cōpoſita. ſꝫ edo pⁱma breuis eſt ꝟbum anomalum. Et de illo hic loquit textus ⁊ declinat Edo es eſt. ⁊ ſcat cibum ſumē. Item dr̄ña. Dum dape veſcor. edo dum ſermonem loquor edo. ſꝫ edo pⁱma lōga habet multa ſcata. Vn̄ Edo compono pario ſirmo manifeſto. vt ptꝫ in cōpoſitis ꝟboꝝ. Item oīa ꝯpoſita ab edo corripiūt penultimam pn̄tis. vt Ambedo, comedo. Item Ambedo ꝑꝫe ſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

carnes circūquaqꝫ rodere. ¶ Nota circa illam ꝑtem. Et ſua compoſita ꝙ omnia cōpoſita ab edo ⁊ ſimplex hn̄t duplex ſupinum ſcꝫ eſum vel eſtum Preter ambedo qđ ſolum habet ambeſum. Exemplum regulę. vt Comedo comedi comeſtū vel comeſum. Et inde dꝛ comeſatio. q̇dā tn̄ dicunt comeſſatio ꝑ duplicem ſſ. ⁊ male. Vn̄ Hieronym⁹. Nihil adeo obruit memoriam ꝙꝫ comeſatio frequēs ⁊ ebrietas. Et vult comedo ſcribi per ſimplex m. qꝛ eſt ꝑma breuis. vt ptꝫ in lr̄a Alia vocabula ſupi⁹ ſunt expoſita

Si facit r go niſi ſint a rego nata. ſed in xi
Cętera ſunt pun pan le tan. ſꝫ demis et a fran
Hęc cum cōpoſitis dāt gi. trib⁹ a lego demptis
Hęc intelligo negligo diligo q̄ faciunt xi

¶ Poſtꝙꝫ autor determiauit de ꝟbis termiatis in do Hic ɔn̄r determiat de ꝟbis termiatis in go dicēs. ꝙ ꝟba termiata in go hn̄tia r an̄ go habēt ſi in p̄terito ꝑfecto. vt Tergo terſi Mergo merſi Spargo ſparſi Vergo ſi. In̄ excipit cōpoſita a rego. vt Surgo. exurgo. q̄ hn̄t xi in p̄terito ꝑfecto Tūc ibi (Sꝫ in xi) Hic Alexād͛er ponit exceptionē a regula dicta dicēs. ꝙ oīa alia ꝟba in go hn̄t xi in p̄terito. vt Rego rexi Ango Clango Mingo Fingo Tingo Clingo Cingo Stringo Ligo Figo Vngo Mungo Iungo. In̄ excipit ꝟba ſyllabaliter in textu deſignata ſcꝫ Pungo Pango Lego Tāgo Ago et Frāgo. q̄ non hn̄t xi ſed gi cum ſuis ɔpoſitis. a lego. vt Intelligo Diligo Negligo. q̄ hn̄t xi vt clare ptꝫ in textu. ¶ Sciendū primo ꝙ hic ſolet dari regula gn̄alis Priſciani q̄ talis eſt. Oia ꝟba in go termiata hn̄tia i vel u an̄ go mediāte n etiam in guo terminātur ⁊ habent idem p̄teritum. idem ſupinum. ⁊ etiam idem ꝟ͛catum ꝙ hn̄t ſua ꝟba in go. Exemplum de i. vt Stingo vel Stinguo Extingo vel extinguo. Et ſic pro eodem dicim⁹ Extingatis candelam vel extinguatis. Etiam de v. vt Vngo vel vnguo Inungo vel inunguo. hinc eſt ꝙ dicimus indꝛn̄ter vngentū vl᷑ vnguētum ꝓ eodem. ¶ Sciēdum ꝓ vocabul᷑ ꝙ Spargo ſparſi ſparſum eſt diuerſimode aliquam rem diuidere. Et omnia eius cōpoſita mutāt a in e. ſꝫ ipſum ſimplex retinet a in omnib⁹ tꝑibus. Et ſimplex debet declinari Spargo gis git. ſi. ſum. Exemplum de cōpoſitis vt Aſpgo cōſpergo. reſpergo. Item Mergo ſub aquis natare Hic dicūt aliq̇ ꝙ oia cōpoſita a mergo ſunt indꝛn̄ter actiua ſub o. vel deponentalia ſub oꝛ. ⁊ abſolute ꝟ͛cant. vt Submergo vel ſubmergoꝛ Emergo vel emergoꝛ. Submergere tamē inuenit᷑ actiue. Tergo terſi terſum ꝓꝓe droghē. Et ꝓ eodē Tergeo es ere ſcd̓ę ɔiugatiōis. ſed ſub tercia eſt magis vſitatū. Vergo. i. appꝛopinquare ſeu tēdere. vt hoc vergit in hōꝛē meū. ⁊ oia ɔpoſita a ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

ro et vergo hn̄t idem p̄teritum ⁊ idem ſupinum. ſ3 dr̄nt tamē in ſermone
Ango is id eſt anxium facē. Jn̄ Angario as are. i. compellere. vt in paſſi-
one. Et angariauerūt homiem cireneum. Plāgo. i. deflere. vt dr̄ Et plā
xit eum omnis iudea. Clango ſcat ſonum dare ad modum tubę ſeu bucci
nę. Tego is ere p̄pe decken. Et componit̄ vt detego. i. manifeſtare. vt pe
tr⁹ ſibi cōmiſſa detexit. Frigo is ere p̄pe aſſare vt in patella. ⁊ h3 frixū vel
frictū in ſupino. ⁊ frixū eſt magis vſitatū. Jn̄ frixoriū eyn braet pan. Jtē
Figo is ere id eſt firmare. ⁊ p̄ducit fi cum omnib⁹ ſuis compoſitis. vt af-
figo. infigo, p̄ducūt fi. Filigo in ſimplici nō eſt multum vſitatum. i. percu
tere. Jn̄ affligo p̄ eodem. ⁊ etiam p̄ducit fli cum ſuis compoſitis. vt Lex
affligit maleficos. Et dr̄ Huguitio. q̄ omnia compoſita a fligo ſunt idif
ferēter p̄me vel tercię ꝯiugatiōis. vt affligo. profligo as are. vel is ere. Et
ſubdit idem q̄ etiam deponentalit̄ inueniūtur. Jtem Pingo is ere prope
malen. Jtem Tingo p̄pe netten. Aliqua em̄ tingūtur q̄ non colorantur
quippe pluuia terram tingit ⁊ tamē eam nō colorat Etiam ſcat intoxica
re p̄pe venijnden. ⁊ ſic dicim⁹ Tinctile tęlum ſeu tinctilis cultell⁹ Lingo
prope lecken Et dr̄ña de lingere ⁊ lambere, nō eſt autentica. q2 legit̄ in ſe
quētia de beato Paulo apl'o. Hic lingua ſacerdotum more canum dum
perlinxit. Jn̄ dr̄ Lictor. Et inuenit̄ triplex lictor. Primo dr̄ lictor q̄ ge-
rit enſem ante ducem ⁊ eſt prompt⁹ punire reos. ⁊ ſic dr̄ a lito as are. i. of
ferre victimas. Secūdo eſt aliq̄s gerēs funus ad ſepulchꝝ. ⁊ fodiēs ip̄m
p̄pe eyn doden grauer. Tercio ē idem qd̄ leccator. ⁊ ſic venit a lingo. Jtē
Cingo is p̄pe omgaen of omgorden. ⁊ ſt etiam circūuallare p̄pe beliggē.
vt dux Burgūdię cinxit nuſciam obſidiōe. Jtem a cingo dr̄ cinctorium.
pręcinctorium. ⁊ antecinctoriū p̄pe eyn voerbint of eyn ſchortel doeck.
Cōpoſita a cingo ſm̄ quoſdā ſunt indr̄nter actiua ſub o. vel deponentalia
ſub or. ⁊ eoꝝ ſcata patēt in ꝯpoſitis ꝟboꝝ. Mingo ſt vrinā emittē. Nin
go eſt ꝟbū excœptę actiōis p̄pe ſnyen. Stringo p̄pe druckē. vt app̄hen
ſum me gutture ſtrinxit. Etiam idem eſt qd̄ cultellum euaginare. vt Jni
mic⁹ meus petijt me gladio ſtricto. i. euaginato. Fingo is ere p̄pe verſie-
ren. vt Fingere licitum eſt. Capitur etiam p̄ mentiri. ⁊ ſic capit̄ trāſſum-
ptiue Ringo is ere eſt ſonum facē ad modum auium. Rictus us ui id eſt
ſonus talis. Dicit̄ etiam Rictus id eſt roſtrum auis vel porci. Stingo ī
ſimplici nō eſt multum vſitatum. ſed in ꝯpōne vt Extingo diſtingo Jtē
Clingo eſt ſonum facē p̄pe clincken. ſicut denarius vel metallum. Vn̄⁹.
Calcar cōclingēs pictura clipeus ardēs Efficit agreſtem puū nō noſcere
fratrē. Mungere. i. mūdare p̄pe naſum vel candelā Jn̄ Emungo p̄ cō-
poſitionē. vt Qui nimium emūgit naſum elicit ſanguinem. Lego is ere
tercię cōiuga. eſt ęquiuocū. Primo eſt furari. Jn̄ Sacrileg⁹. i. q̄ ſacram

rem furatur Jn̄ Sacrilegium.i.ſacre rei furtum. Secūdo ſt colligē ꝓpe
pluckē. Vn̄ Virgili⁹. Qui legitis flores ꝛ humi naſcētia fraga Frigid⁹
o pueri fugite hinc latet anguis in herba. Tercio legē ꝓpe leſen. vt Petr⁹
legit grammaticam Unde. Fur aurum. ꝟgo flores. mare nautaqꝫ. libros
Cleric⁹ equiuoce ſingula quiſqꝫ legit. ¶ Hic aīaduerte ꝙ quidam gram-
matici dāt hic vnam regulam de compoſitis a lego q̄ talis eſt. Om̄ia ꝯpo
ſita a lego ſcātia actum factum in libris in cōpoſitione ſeruāt ſibi e. vt ꝑle
go. relego. Alij ꝟo talem. Om̄ia ꝯpoſita a lego mutant e in i. Excoeptis
his duob⁹ ꝑlego. ꝛ relego. ſed ꝑor regula tutior eſt. ¶ Sciēdum ꝙ ꝯpo
ſita a lego mutātia e in i coincidūt in lrātura ꝛ quātitate cum cōpoſitis a
ligo. vt a lego dꝛ colligo. Etiam a ligo dꝛ colligo. Inueniꝛ etiam Lego as
are ꝑime ꝯiugatiōis ꝑma lōga.i. mittē. Jn̄ Legat⁹ quaſi miſſus. Et lega
re ſcat teſtari.i. teſtamētum facē. vt Petr⁹ legauit mihi omnia ſua bona
Item ꝯpoſita a lego legas ꝛ coꝝ ſcata ſatis patēt in ꝯpoſitis ꝟboꝝ

Preteritum triplicat ꝛ ſenſum pango paciſci
Dat pepigi panxi dat cantus iungere pegi
Tango facit tetigi. ſed ago vel frango dat egi
Preterito duplici duo ſignificās ſtimulando
Pungo facit pupugi punxi punctos numerādo
Pegi pego dabit quod dat rego xi ſociabit.

¶ Hic autor ponit doctrinam de hoc ꝟbo pango. dicēs: ꝙ hoc ꝟbum pā-
go hꝫ triplex ſcatum. ꝛ ſm hoc hꝫ triplex ꝑteritum. vt clare ꝑtꝫ in textu.
ibi (Tāgo facit tetigi) dꝛ ꝙ hoc ꝟbum tango habet tetigi in ꝑterito. ꝛ hoc
verbum Ago hꝫ egi. ꝛ frāgo fregi. Tūc ibi (ꝑterito duplici) dꝛ ꝙ hoc ꝟbū
pungo hꝫ duplex ſcatum. ꝛ ſm hoc habet duplex ꝑteritum. Subdit ꝙ hꝫ
verbum Dego hꝫ gi in ꝑterito. ꝛ cōpoſita a rego hn̄t xi. vt Surgo. corri-
go. ¶ Sciēdum ꝑmo ꝙ hoc ꝟbum Pāgo eſt ꝑmo paciſci.i. pactum vel
pacem facē. ꝛ ſic hꝫ pepigi in ꝑterito ꝛ ctum in ſupīo. Exemplum de ꝑteri
to. vt in Job. Pepigi fœd⁹ cum ocul' meis ꝛc̄. Exemplum de ſupio. vt in
ſacra ſcptura. Seruabo pactum qd̄ pepigi tecum. Secūdo pāgo ſt can-
tare. vt Pāge lingua. ꝛ ſic hꝫ panxi in ꝑterito ꝛ ctum i ſupino. licet illd̄ ſu
pinum raro inueniaꝛ. Tercio pāgo ſt ꝯiungē. ꝛ ſic hꝫ pegi in ꝑte. ꝛ pactū
in ſupi. Vn̄ Job. Oſſib⁹ ꝛ neruis cōpegiſti me. Pango etiā ſt impellere.
offendē ꝓpe tendere. ꝛ ſic hꝫ pegi in ꝑte. ꝛ ctū in ſupi: vt Impegit in xmp-
tuariū. Item Pāgo ſt inſerē. Vn̄ Lucius Columella. Nec merui ſenteſ
nam vepꝛib⁹ improbra ſurgēs. Achꝛados indomitaſqꝫ lionias alligit al-
nos. Noīe cū graio ceu lr̄a ꝓxima prime. Pangiꝛ in ceca docti mucrone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

magiſtri. ¶ Sciēdum ꝙ oīa ꝯpoſita a pāgo inquātum ſcāt ꝯiungē. im
pellē ſeu offendē mutāt a in i in ꝯpōne ⁊ ſemꝑ hn̄t pegi in ꝑte. ⁊ pactū in
ſupi. vt cōpingo cōpegi ꝯpactū. ⁊ ſic liber dr̄ cōpactꝰ. ghebonden. ⁊ h̾ mō
Archa Noe legit̾ cōpacta ex diuerſis lignis ſechim. Jn̄ Cōpages is. vel
cōpago inis ꝑ eodem. i. ligatura. vt Cōpago digitoꝝ oſſium vel trabium
Diſpingo is. ontbindē. vt Jo. collegit ligna diſpacta Repingo ē iteꝝ liga
re. ¶ Nota ꝙ ſm grāmaticos oīa ꝯpoſita a pāgo mutātia a in i in ꝯpō-
ne hn̄t coincidētiam cum ꝯpoſitis huiꝰ v̾bi pingo. ſꝫ dr̄nt in ꝑteritis ſupi
nis ⁊ ſcatiōe. Exēpli grā. Repingo repegi repactū a pāgo. ſꝫ a Pingo dr̄
repingo xi ctū. Silr̄ depingo diſpingo ⁊cūs. dr̄nr indr̄nter a pango vel a
pingo. Jtē Pāgo ꝓ cātare ⁊ pro paciſci ſꝑ retinet a in ꝯpoſitis: ſed ꝑ ter-
cio ſcato a in i mutat. vt dcm̄ eſt. Et pāgo qn̄ gemiat ꝑncipiū ꝑteriti. tūc
in cōpoſitis ſuis corripit penultimam ꝑteriti ſicut i ſimplici. ſꝫ inquātum
hꝫ pegi ſua cōpoſita ꝓducūt penultimā in ꝑterito ſicut ſimplex. vt impegi
prima lōga. ¶ Sciēdum ſcd̄o ꝙ oīa ꝯpoſita a tāgo ⁊ tingo coincidūt in
lrātura. ſꝫ dr̄nt in ꝑterito. ſupino. ⁊ ſcato Nam oīa ꝯpoſita a tāgo mutāt
a in i in ꝯpōne. ⁊ ſic tāgo hꝫ tingo in cōpoſitis. Et hoc v̾bū tingo etiā ſer-
uat tingo in cōpoſitis. vt a tāgo dr̄ intingo intigi intactū. Cōtingo conti
gi ꝯtactū Retingo retigi retactū. Silr̄ a tingo dr̄ intingo. ſꝫ intinxi inti
ctū. Cōtingo cōtinxi cōtinctū Retingo retinxi ctū. Jtem Tāgere ꝓpe
aen roren. vt Nos tāgit hec fabula. Jtē cōtingo veniēs a tāgo duo ſcat:
et ſm h̾ exigit duplicē caſum. Uno mō ſt ſimul tāgere. vt iſta duo ligna
ſe ꝯtingūt. ⁊ ſic regit accm̄. Alio mō ſcat euenire. ⁊ ſic regit dtm̄. Ut hoc
cōtigit mihi. ¶ Sciēdum tercio. ꝙ hoc v̾bum ago eſt ęquocū Primo h̾
verbū ago ſt facē. Jn̄ Actoꝛ. i. q̇ aliq̇d facit. Secūdo ago capit̾ ꝑ mina-
re ꝓꝑe dryuen. Ut apud Uirgiliū habet̾. Atqꝫ int̾ agēdum. Occurſare
capro cornu ferit ille caueto. Tercio ago capit̾ ꝑ viuē. Et ſic dr̄. Ego ago
viceſimū annū. Etiā ꝑ eodem ſcato ſolet poni cū hoc accō vitā. vt q̄zdiu
vitā ago ſemꝑ ero tui memoꝛ. Etiā ago capit̾ ꝑ moꝛari. etiam ſt moꝛi. vt
Jſte agit aīam. Etiā ſt ſilr̄are. vt Joānes agit ſe fœminā. i. fingit ſe fœmi
nā. ¶ Nota ꝙ oīa ꝯpoſita ab ago mutāt a in i in ꝯpōne. Excoeptꝭ Sa-
tago ⁊ perago q̄ retinēt a. Jnueniūtur etiā alia ꝯpoſita ab ago q̄ retinent a
vtꝫ Reago. ⁊ hoc ſm phyſicos qui dicūt ꝙ omne patiēs in patiēdo reagit.
Dicit̾ tn̄ etiam Redigo a re. ⁊ redago ꝑ alio ſcato. Silr̄ inuenit̾ Circūa-
go qd̾ etiā retinet a. ¶ Etiā eſt aīaduertēdum ꝙ ſicut q̇dā dicūt tria ſūt
cōpoſita ab ago q̄ carēt ſupino. vt Ambigo Satago et Dego. Et hoc cō
poſitū Ambigo caret ꝑterito. ⁊ ſatago hꝫ ſategi. qd̾ tn̄ rariſſime inuenit̾.
Jtē de ꝯpoſitis huiꝰ v̾bi ago ⁊ eoꝝ ſcatiōe ſatis ptꝫ in cōpoſitis v̾boꝛum.
Jtem Frāgo ꝓꝑe breken. ¶ Nota ꝙ omnia compoſita a frāgo mutāt a

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

in i in compoſitiōe. vt Cōfringere Infringere Refringere. ⁊ ſcāt compo ſita idem cum ſimplici attēta circumſtātia ꝑpōnis componentis. vt Infringere proprie inbrecken. vt Joannes infregit noſtram cōditionem. Itez Pungo duo ſignificat Primo ſignificat numerare puncta ſeu quocunqꝫ modo numerare. ⁊ ſic habet punxi in preterito. Secūdo ſignificat ſtimulare. ⁊ ſic habet pupugi. ⁊ ſic ſemper habet punctum in ſupino. et a Pungo dicitur punctus vel punctum pro eodem id eſt principium linee. Itē Dego ſignificat viuere. Unde apud Plinium. Animalia que nobiſcum degunt ſunt cognitu digna. Sꝫ diceret aliquis Dego eſt compoſitum ab ago. ergo habet degi per illam regulam (ſꝫ ago vel frango dat egi) ⁊ ſic iſte textus ſuperfluit (degi dego dabit) Ad hoc dicēdum eſt ꝙ autor hic poit iſtum textum. quia poſſet aliquis dubitare ꝙ dego eſſet ꝯpoſitum ab egeo et ſic haberet ui Surgo eſt compoſitum a rego. ⁊ de ſe facit vlteriorem cōpoſitionem. vt Inſurgo Aſſurgo Reſurgo. vt patet in compoſitis verborum. Item Arrigo ſignificat op trecken. Etiam capitur pro attendere. vt Arrige aures

Dans go ſi ſum dat ꝑ tum gi xi qꝫ ſupinat
Dat fixi fixum. ſꝫ dic de fingere fictum
J vel a ſi pre go venit n mediāte ſupino
Semꝑ n eripitur cin tin an excipiātur
N retinent ango cingo tingoqꝫ ſupino
Et plango iungo planxi tū degoqꝫ nullum

¶ Hic autor cōſequēter ꝓſequit̃ de ſupinis verborum in go dicēs ꝙ verba in go habentia ſi in ꝑterito habent ſum in ſupino. vt Mergo merſum. tergo terſum. Et verba in go habentia gi vel xi in ꝑterito habent ctum in ſupino. vt Lego legi lectum Rego rexi rectum. Item autor excipit hoc verbum Figo quod habet fixi in preterito ⁊ fixum i ſupino. ¶ Hic nota hoc verbum frigo habet frixi in preterito ⁊ habet frixum vel frictum in ſupio et ſic hꝫ vnum ſupinū de q̄ nō loquit̃ Alexāder. Tunc ibi (J vel a ſi ꝑ go) Hic autor ponit regulam bimembrē di. ꝙ verba termiata in go hn̄tia i vel a an̄ go mediāte n in formatiōe ſupini deponūt n ⁊ addūt ctū in ſupio. vt Pingo pinxi pictū Strigo ſtrinxi ſtrictū Frāgo fregi fractū Tāgo tetigi tactū. Et dr notāter J vel a. qꝛ alia verba hn̄tia aliā vocalem an̄ go n mediāte nō deponūt illam lrām in ſupino. vt Jūgo iunctū ⁊cẏs. Et ab iſta regula excipit autor quattuor verba ſcꝫ Cingo Tingo Ango et Plango q̄ retinent n in ſupino vt clare ptꝫ in lr̄a. ¶ Hic aīaduerte ꝙ ab iſta regula excipiūtur plura verba q̄ autor nō excipit. ꝑmo hoc verbum ſtingo cū ſuis cō

poſitis. vt diſtingo ctum. extingo ctum. Secūdo excipit hoc ꝟbum clin-
go qd̓ habet clinctū in ſupino. Tercio excipit clango qd̓ hꝫ clanctū in ſu.

Ho xi ctumqꝫ facit

¶ Poſtq̄ꝫ autoꝛ determiauit de ꝟbis in go termiatis. Hic ꝯn̄r determi-
nat de ꝟbis in ho. dicēs. Omia ꝟba termiata in ho hn̄t xi ꝑ x in pterito ⁊
ctum in ſupio. vt Traho traxi tractum Veho xi ctū. ¶ Nota ꝙ in toto
tm̄ ſunt duo ꝟba tercię ꝯiuga. in ho termiata vſitata apud nos. ſcꝫ traho
et veho cum ſuis ꝯpoſitis ⁊ vtrūqꝫ penultimam coꝛripit. ¶ Sciendum
ꝓ vocabul' ꝙ Traho is ere ſ͛cat treckē. ⁊ componit. vt Detraho prope af
treckē. ⁊ ſ͛t obloqui vt Petr⁹ detraxit mihi. ⁊ ſic regit dtm̄. Cōtraho id ē
cōtractum facē. Jn̄ cōtract⁹ eyn ouerdrach. Etiam cōtrahē eſt matrimo
nium inire. vt Petr⁹ cōtraxit cum katherina clamdeſtinum mr̄imoniū.
Etiam cōtrahē prope borgheu of leenen. vt Petrus cōtraxit ęs alienum
Item Veho ꝓ̄pe voeren. Et d̓t Priſcian⁹ ꝙ habet vexum in ſupino. ſed
illo ſupino nos nō vtemur. Item a Veho d̓ꝛ vectoꝛ id eſt q̇ vehit A ve-
ho etiam vehiculum. i. curr⁹. Item Via a vehendo d̓ꝛ. ⁊ act⁹ ab agendo
eyn drÿf wech. Item Veho componit cum in. vt inueho Pro quo nota
ꝙ d̓ꝛ inueho actiue. ⁊ inuehoꝛ ꝑ diuerſis ſ͛catis Nam inuehere actiue ꝓ-
prie inuoeren. vt Petr⁹ inuexit ſegetes. Sed inuehoꝛ eris deponētaliter
ſ͛cat aliq̇d ꝟbis vel ſcriptis acerrime coꝛripe. ⁊ regit accm̄ mediāte ꝓpone
in. vt Tulli⁹ inuehitur in cathelinam. Saluſti⁹ inuehit in iugurtā. Jn̄
inuectiua vel inuectiuę arū. i. oꝛatio ꝯtinēs tales coꝛreptiōes. Item cōpo
nit Veho cum ꝓ vt Proueho. i. ꝓcul veho. Etiam ꝓueho capit ꝓ ſeneſ-
co ⁊ potiſſime in ſuis ꝑticipijs. vt Petr⁹ eſt ętatis ꝓuectę. Alia cōpoſita
a veho coincidūt cum ſimplici in ſ͛cato attenta circūſtantia ꝑpōnis cōpo-
nentis. vt Eueho Adueho.

Dat ui lo ni geminetur
Ibi tunc ꝑ li lo ꝑterit. excipe vulſi
Dic etiam velli tm̄ primūqꝫ ſupinat
I duplex repetit mutam ſi muta p̄ibit
Tollo tuli dat pſallo pſalli ſalloqꝫ ſalli.

¶ Poſtq̄ꝫ autoꝛ determinauit de verbis in ho terminatis. Hic cōſequen
ter determinat de verbis terminatis in lo dicens. ꝙ verba in lo terminata
habent ui in pręterito perfecto. vt Colo colui Conſulo conſului Molo
Alo et Volo cum eoꝛum compoſitis. Jnde excipit verba terminata in lo
per duplicem ll quę habent li in pręterito. vt Cello ceculi Fallo fefelli Pel
lo pepuli. Jnde excipitur vello quod habet vulſi ⁊ etiam velli. Tunc ibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

(L duplex repetit) Autor ponit doctrinam dicẽs. q̱ ꝟba terminata in lo
per duplicem ll faciẽtia ſuũ principium in mutam repetũt eandem mutã
in p̃terito pfecto. vt fallo fefelli. cello ceculi. ⁊ nõ ſunt plura geminãtia pͥn
cipium p̃teriti q̃ terminãtur i lo. ¶ Sciẽdum ꝓ vocabulꝰ. q̱ Colo is ere.
eſt equiuocum. Vñ Agros rus formam ſupos colit atq̧ parẽtes. Hos
arat hic habitat ornat honorat amat. Et oĩa ꝯpoſita a colo retinẽt o in
cõpoſitione. excepto Occulo qḋ mutat o in v. et hñt omnia cultum i ſu
pino. vt incolo incultum. ⁊ ſic de alijs. ¶ Hic aĩaduerte q̱ etiam inueni
tur colo as are p̃me ꝯiugatiõis qḋ ſcat liquorem aliquo inſtrumẽto mũ
dare ꝓpe zyen. ⁊ ſic eſt p̃ma lõga. Etiam colo as are ꝓpe ſpinnen. ⁊ ſic eſt
prima breuis. Vñ dr̃a. Lanam fila colo chriſtum colo vinaq̧ colo. Vi
num colare debes linumq̧ colare. Et a colo as dr̃ colus coli ꝓpe eyn ſpin
rocke. Et colum ꝓpe eyn zyedoeck Vñ Fert ancilla colum penetrat res
humida colum. Item Molo is ere. i. granum terere in molẽdino. Inde
molitor. ⁊ habet molo ſm̃ Alexandr̃ Multum in ſupino. Et ſm̃ aliq̃s
habet etiam molitum Inuenitꝛ ⁊ molitum penultima producta a molior
iris cuiꝰ compoſitum eſt demolior hñs demolitꝰ. ⁊ eſt corrodo vel deſtruo
Vñ habetꝛ in canticis. Capite vulpeculas q̃ demoliũtur vineas. Inuenitꝛ
etiam Molo as are p̃me. i. aliquam rem acuere. Item Alo is ere. i. nutri
re ⁊ corripit p̃mam. ſed Alo as are p̃me. i. alas vel brachia extẽdere p̃mã
producit. Item Cõſulo quãdoq̧ ſcat ꝯſilium dare. ⁊ ſic regit dtm̃. vt cõ
ſulo tibi bonum. quãdoq̧ ſcat cõſilium petere. ⁊ ſic regit accm̃. vt cõſulo
te ſuper hac re. Item Volo vis vult cum ſuis compoſitis. vt malo. nolo.
ſunt ſatis nota. Inuenitꝛ etiam Volo as are p̃me. ⁊ ſcat vlieghen. Item
Fallo. i. decipere ¶ Sciẽdum q̱ oĩa compoſita a fallo mutãt a in e tam
in p̃ntiq̧ in p̃terito. ſed illa a reſumũt in ſupino vt refello refelli refalſum.
Refellere. i. cõfutare vel informare hoc eſt dicta aliciuꝰ caſſare. Item cel
lo in ſimplici nõ eſt multum vſitatum. ⁊ cello ſm̃ Priſcianum habet cum
ſuis compoſitis duplex p̃teritum ⁊ duplex ſupinum. vt ceculi culſum vel
cellui celſum. excello exculi exculſum vel excelſum. ⁊ ſcat ſupare. Percello
ui elſum vꝪ pculi pculſum. i. pcutere in aliud. ⁊c̃ijs. Inuenitꝛ etiã celleo es
ere ſcd̃e quod habet cellui celſum cum ſuis compoſitis. Excello ancello ſt
bouen gaen. ⁊ regit accm̃ ſignificãtem illum q̃ ſuperatꝛ. Et vltra illum re
gũt abltũm ſcantẽ illud in quo q̃s ſuperatꝛ. vt Jo. excellit ſocios ſuos ſcia
Item Pello is ere. i. fugare. ⁊ componitꝛ vt appello. i. nauem ad littꝰ du
cere. Etiam appellere ſcat applicare ſeu apponẽ. Vñ Therẽtiꝰ. poeta cũ
primum animũ ad ſcribẽdum appulit Etiam appello as are dr̃. i. ſuperio
rem iudicem inuocare. ¶ Item ꝯpoſita a pello ⁊ eoꝝ ſcata patẽt in com
poſitis ꝟboꝝ. Hic tamẽ attẽde q̱ hoc ꝟbum repello. qꝛ eſt regula orthog

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

phie ꝙ re añ p in p̄terito facit ꝑ gemiuari. vt reppuli repperi ⁊c̄ijs. Item
Vello habet velli vel vulſi in p̄terito ⁊ vulſum in ſupino. ⁊ ſ̄cat eradicare
vel carpe. vt ptʒ in compoſitis. Item Tollo excipit ab illa regula (Re du-
plex repetit) et habet duplex p̄teritum ſcʒ tuli ⁊ ſuſtuli. ꝓmum habet ꝑ ꝓn̄
tem regulam. ſecūdum ꝑ illam regulam Aio ſiſto. Et ſm̄ Priſcianū ha-
bet retuli. ſed hoc nō inuenit̄ iam vſitatum. Item Sallo is ere eſt ſale cō
dire. Inuenit̄ ſalo is ere tercię ꝑ ſimplicem l habēs ſali in p̄terito ⁊ ſalſum
in ſupino. ⁊ ſ̄cat etiam ſale cōdire. ſed nō eſt multum vſitatum. Etiam in
uenit̄ ſallio is ire quartę ↄiugatiōis ꝑ duplicem ll ⁊ habet ſaliui in p̄terito
et ſallitum in ſupino. ⁊ ſ̄t etiam ſale condire. Etiam inuenit̄ ſalſo as are ꝑ
eodem. Vnde ptʒ ꝙ quattuor ſunt ꝟba ſ̄cātia ſale cōdire. ſallio ſallo ſalo ⁊
ſalſo. Item inuenit̄ ſalio is ire quartę ꝑ ſimplicem l habēs in p̄terito ſalui
ſalij vel ſaliui ⁊ ſaltum i ſupino. Inuenit̄ etiam pſallo qd̄ habet pſalli ⁊ ca
ret ſupino ⁊ ſ̄t cantare. ¶ Sciendum ꝙ oīa compoſita a ſallo mutāt a in
v in ſupino vt inſulſum ⁊ nō inſalſum

L ſimplex dat tum ſed ſum gemiuata ſupino
Tum vel itum dat alo caret omni malo ſupino
Pſallere nolle caret alienū dat tibi tollo

¶ Hic autor pſequit̄ de ſupis ꝟboꝝ in lo dicēs. ꝙ ꝟba termiata in lo per
ſimplicem l hn̄t tum in ſupino. vt colo cultum. ſed ꝟba termiata in lo per
duplicem ll habēt ſum in ſupino. vt pello pulſum. fallo falſum. In̄ excipit
alo qd̄ habet alitum vel altum in ſupino. ⁊ malo pſallo ⁊ nolo q̄ carēt ſup
nis. Et hoc ꝟbum tollo qd̄ habet ſupinum accōmodatum. ¶ Nota ꝙ ſi
cut quidam dicūt hoc ꝟbum volo comp̄hendit̄ ſub malo ⁊ nolo. ſʒ autor
nō facit mentionē de eo qꝛ inuenit̄ volitum ſbm̄. vt ad nr̄a volita facies. ⁊
etiam volitio verbale. Malo. i. magis volo. vt malo ſcias auro. ⁊ ſic regit
abltūm eo ꝙ includit ↄpatm̄. ⁊ debet ſic declinari Malo mauis vl' malis
mauult. ⁊pl'r malimꝰ mauultis malūt. Preterito impꝑfcō malebā male-
bas malebat ⁊c̄. Et caret futuro indicatiui. vt poſtea patebit

Mo dat ui dat itum. p̄mo p̄ter emoqʒ. ſed illa
Excipias quibꝰ eſt ꝑ ſe penultima longa
Nam pſi p̄terito tūc reddūt ptumqʒ ſupina
S geminat ſſi ſſum p̄mo dans emo mi dat et emptū

¶ Poſtq̄ʒ autor determiauit de ꝟbis termiatis in lo. Hic ↄn̄r determiat
de ꝟbis termiatis in mo q̄ habēt ui in p̄terito ⁊ itum in ſupio. vt tremo ui
itum. vomo ui itū. In̄ excipit p̄mo ⁊ emo. p̄mo habet preſſi ⁊ emo emi
Tūc ſubdit ꝙ ꝟba termiata in mo habentia lōgam vocalem ante mo ha-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 77

bẽt pſi in p̄terito ꝛptum in ſupio. vt Como pſi ptum ꝑromo pſi ptum.
¶ Hic nota ꝙ ſex ſunt ꝟba in mo hn̄tia breuem vocalem an̄ mo quorum
quattuor hn̄t ui in p̄terito ꝛ itum in ſupino. vt Tremo Fremo Gemo et
Uomo. Et hoc ꝟbum emo habet emi emptum. ꝛ p̄mo habet preſſi preſ-
ſum. Et ſunt quattuor ꝟba q̄ habent lōgam vocalem an̄ mo ꝛ pſi in p̄teri
to ꝛ ptum in ſupino. vt Como ꝑromo Sumo et Demo. ¶ Sciēdum
pro vocabul'. ꝙ Uomo ꝓpe ꝟcat wt ſpyen. In̄ ꝑ ꝯpōnem Euomo. vt pe
trus euomuit iram cōcoeptam in me. Item Tremo ꝓpe beuen. In̄ ꝑ cō-
poſitionē Cōtremo. i. terreri. vt terra cōtremuit. ꝛ ſupinū ei⁹. non eſt mul
tum vſitatum. qꝛ ſm̄ Alexādrum caret ſupino. Item Fremo ꝓpe brim-
men ex ira. vt Quare fremuerūt gētes. In fremit⁹. i. talis ſon⁹ Gemo id
eſt ſuſpirare ꝓpe ſuchten. In̄ gemit⁹. i. ſuſpirium. Emo eſt rem p̄cio com
parare ¶ Sciēdum ꝙ om̄ia compoſita ab emo mutāt e in i in ꝯpōne. vt
eximo. i. excipe. Redimo ꝑerimo. i. interficē Inuenit̃ etiam Emio is ire
id eſt ornare. ꝛ ſic habebim⁹ emimus in pl'i penultīa correpta ab emo. Et
emim⁹ penultima lōga a ꝟbo emio is ire. Et h̄ idem eſt in cōpoſitis eorū.
Ut redimim⁹ penultima correpta a redimo. ꝛ redimim⁹ penultima lon
